Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Agathyus de bello Gotthorum et aliis peregrinis historiis

Agathias <Scholasticus>

Romae, 1516

urn:nbn:de:bsz:31-270861

Visual Library



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

42 A 1205 RH

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

42 A 1205, 1518



[Agathias: Historiae, lat.]

# AGATHIVS DE BELLO Gotthorũ, & aliis peregrinis hiſtoriis temporum ſuorũ, per Chriſtophorũ Perſona Romanum e græco in Latinum traductus.

Cum priuilegio Imperiali.

[illegible]XVIII

Emit Jacobus [illegible] Ehingen [illegible] ſolidis [illegible] Anno Dni [illegible] M.D.XIX. [illegible] nouembris

ÆGIDIVS REM. V. I. DOCTOR CANONICVS Patauieñ. Clariſſimo viro Ioanni Coler Patauieñ. & Curieñ. eccleſiarum p̄poſito. S. P. D.

EFflagitaſti ſepenumero Ioãnes p̄poſite ornatiſſime vt agathium de Bello Gotthoꝝ & alijs peregrinis hiſtorijs (quē ope Sigiſmundi Scheufler Canonici friſingeñ. optimi pariter & doctiſſimi viri in hoc negotio mihi laboris collegę ſuffraganteq; vetuſto: & mea ſentẽtia emendato admodũ Codice Quõdã elimauimus & Germanę lectioni reſtituimus) in publicũ edi p̄curem, Quippe exemplaria q̄ hactenus extant, Adeo eſſe mutila & mendis vndiq; lacera deprauataq; : Vt nullis vſui eſſe queant preterq̄ forte his q ſphingis enigma explicare poſſent. Et inciuile eſſe Autorem emendatũ tanquã Danaen alterã incluſũ Diutius ſtudioſoꝝ vſui / ſubtrahere. Cum & vtilitatis non nihil, & voluptatis plurimũ allatura videatur eius lectio. tam ob reꝝ geſtarũ quas continet raritatẽ / vt pote q̄ apud alios hiſtoricos eoꝝ temporũ ſaltem ea fide qua noſter pręſtat autor non extant / quã ob concinnã & frequentẽ rerũ externaꝝ & morũ inſtitutorũq; peregrinarum nationũ: quibus eo temporis vtebantur deſcriptionẽ Satiſfacturus itaq; tuę voluntati eum hiſce ſuperioribus diebus reuiſũ denuo / & recognitũ Chalcographis excudendũ dedi / Sub nōis tui tutela. Cui hanc editionẽ nũcupatim dedico / Tum vt ei non nihil exiſtimationis accedat nōis tui ſplendore / Tum vt eam erga obtrectatores tuearis qui in nulla re quantũuis egregia oblatrare deſiſtunt Quos tñ vel ſolius nōis tui auctoritate vtcũq; obſtrepentes facile compeſces Id itaq; qcq d eſt boni conſulas: & inter alia operã des: vt autor ęque emendatus in lucẽ prodeat: ſicut exemplar illud quod librarijs tradidi eſt mendis vndecũq; vacuũ vale Auguſtę III. Idus Iulij. Anno. Salutis. M.D.XIX.

Landesbibliothek Karlsruhe

LIBER PRIMVS

# ¶AGATHIVS DE BELLO GOTTHORVM & alijs peregrinis Hiſtorijs per Chriſtophorum per ſona Romanum priorem Sanctę Balbinæ e Græço in Latinum traductus.

HOF-BIBLIOTH. CARLSRUHE

Operæ pretium in Bello Victoriæ
ſunt/Trophęa/vrbiumq; exædifi=
cationes/& ornamenta/cuncta de=
niq;/quę vel magnitudine pręſtēt/
vel digna ſint laude; hęc ferme &
iſtiusmodi cætera adeptis iā & glo
riam afferunt/& voluptatē/mor=
tuos vero/& ad vitam aliā abeun=
tes/haud quaq; ſequi facile volūt/
quin potius obliuio mox interueni
ens: occultando auertit veros rerum geſtarꝝ euentus: & vbi e vi=
ta exceſſerint qui eas nouerunt/abſcedit ſimul & fugit vna ob=
litterata cognitio ſic fit vt nuda recordatio quædā & ſimplex inu
tilis ſit & plane incōſtans: ita vt nequeat prorſus in longum extē
di tempus: ipſe vero haud quaq; exiſtimauerim vllos hominum/
aut pro patria ſubijſſe pįcula/aut alios ſuſcepiſſe labores; cū eſſet
non neſcij: quod ſi vel res maximas geſſerint deperituram ſecum
vna quandoq; & gloriam eſſe defluxuramq; breui: vt quę eorū
dūtaxat vitæ curriculo dimenſa ſit: niſi quis vt apparet: prouidē=
tia quadam diuina naturæ obfirmāte fragilitatē quę hiſtoriæ in
ſunt: quęue ex ea ſperantur: ſupinduxerit bona. Non. n. coronæ
ob gratiam quę ex oleaſtro ſelinoue cōſtet Olympionicæ Athle
tę in palęſtris exuebantur: nec bello boni decertatores exuuiarꝝ
de cauſa aſſequendarum/& futuri mox lucri auiditate: in prom=
pta ſeſe & aperta diſcrimina ingerunt: ſed ob firmiorē immorta=
lemq; gloriam/qua frui haud ſane aliter queūt: niſi accedat hiſto
ria: quę ipſos faciat immortales: non vt Zamolxidis inſtituta &
getica deſipientia faciūt: ſed modo quodam diuino & immortali
& quo ſolo mortalia iſta viuere perpetuo poſſunt: nō igitur faci
le fuerit omnia explicare aut enumerare: quot bonis hiſtoria hu=
manā expleat vitam & ſūmatim vt dicā ciuili philoſophia haud

bellorum appendi=ces.

Humanę memorię lapſus.

Hiſtoriæ vtilitas.

longe inferiorem hanc duxerim: ni forte plus aliqd conferat: Si-
quidem hęc ipſa hiſtoria haud ſecus ac domina: nec nutabunda
quidem nec adulatrix iubet plerumq;: & plane conſtituit: quibus
nam ſit inhęrendũ quęue ſint fugiẽda: & perinde neceſſitatẽ præ
ſuadendo immiſceat in animos ſedum inſinuat virtutemq; collo
cat: vbi plurimũ allicibili vtitur oratione: vel exemplorꝝ varietate:
veluti condimentis quæ narrantur excolit: ea dicendo confirmãs
in quibus homines rectiore conſilio vſi: vel ęquitate probatiores
ſint redditi: vel forte pro cuiuſq; ſententia: ſiue fortuna duce &
hac aduerſante: falſi quãdoq; a recto decoroq; aberrauerint: nã
mortaliũ animis eſt illud præcipue inſitũ: vt ad virtutem inclinẽt
& vltro hanc appetant. Ipſe igitur hoc iampridem animaduertẽs
& admiranda eſſe maximũ in modũ ratus: collaudandos exiſtima
ui: vt in omnes beneficos: q tale aliquid ſcribendo elaborarunt:
ſed mihi haud quaq; ante hac viſum: id vt laboris aggrederer: vel
a principio attentarẽ: fuerã namq; vel in primęua illa mea ętatu-
la: heroicis modulationibus apprime deditus: & poeticę artis ſua
uitudinibus delectabar: atq; adeo: vt in hexametro breuia poema
ta quædam ediderim quæ daphnica nuncupantur amatorijs fa-
bulis variata nonnullis: & eiuſmodi plena deceptiunculis. Et ſa-
ne tum primũ dignũ id laude videbatur / & nihil ingratũ: ſi ea quę
apud quoſdam recens conſcripta eſſent: nec in apertũ a nonnullis
vt muſſitantibus ederentur in vnũ: vtcunq; liceret colligerem &
ſingula quęq; ordine ſuo diſtincta perſcriberem: & id qdem mi-
hi ſedulo factitatũ: hac igitur noſtra ętate: vbi magna vndequaq;
terrarꝝ bella ex inſperato contigerit erupiſſe: exciriq; ſedibus ſu-
is barbarorũ nationes non paucas: & rerũ geſtarũ fidem vix ca-
pientium: abſurdiores conſtet fuiſſe euentus: temerarioſq; / & di
uerſos fortunę caſus: generationes pręterea ad internicionẽ attri
tas: & vrbes captas: traductoſq; alio incolas / atq; adeo vt com-
mota omnia ſint: timor inceſſit animũ: ne forte haud quaq; par ſit
ea facta quę vt ingentia ſunt & miranda: ita & poſteris profutu
ra: inexplicata relinquere ac ſilentio pręterire. Quo circa non inde
cens fore exiſtimaui / vtcũq; illa periclitando perſcribere: ne omnis
vita in fabulis & ſuperuacaneo quodam labore cõſumeretur: &
quamuis haud prius me ad hiſtoriam conſcribendã contulerim:

auctor ab initio po-etices ſtu diosus.

cauſę que autorem ad hiſto-riã ſcribẽ dã ĩpule-runt.

ꝙ Iuſtinus ipſe & iunior Iuſtiniano: ſuo iam fato perfuncto im-
perium gubernaret: recurrã tamen ad tempora ipſa ſuperiora ita
vt quę alius nemo ſcribendo elaborauit: propriũ opus facturus
ſim tametſi pleraq; Iuſtiniani tempore geſta: quę procopius Cę-
ſarienſis rhetor diligenter conſcripſit: prętereunda nunc videant
vt per eũ ſufficienter iam explicata quę vero deinceps ſunt ſubſe-
cuta: pro viribus mihi narranda deſumpſi. Ceterũ Procopius ab
Archadij morte exorſus hiſtoriam eſt: qui Iſdigerti perſarum re
gi & imperij procurationem: & Theodori filij curam reliquit:
& ab his inſuper quę vrbano Perozoq; accidere. Narrat pręterea
quemadmodum Cauades Imperator creatus regno priuatus ſit:
quod ſtatim recuperarit. Vtq; & Amidam Anaſtaſius Romano
rum rex cęperit: & poſt hunc: Item Iuſtinus Imperator & ſenior
eadẽ in re vt plurimũ inſudarit. Poſt hęc Perſarum prelia expli-
cat: & quę Iuſtinianus Imperator aduerſus Cauadẽ Choſroẽq;
reges circa Syriam Armeniamq; & per Pelaſgorum confinia geſ
ſerit: vtq; Vandalorum gelimer: id loco eſt nomen. Carchedonq;
vrbs: & Afrorũ regio omnis per bonifaciũ Gesericũq; pręfectos
poſt defectionẽ multis poſt annis Iuſtiniano in ſeruiturẽ conceſſe
rint: cum alias quondã ſub Romanorꝝ fuiſſent imperio: deletiſq;
Vandalis: quę nam gens illa ſiue intulerit: ſiue ꝑpeſſa ſit mala: cũ
in lybia & multis in locis contra Romanos acie inſtructa pro-
ceſſerit: vtq; Stateras ille & Gontharis: & ſi partium Romanorꝝ
fuiſſent. Tyranni tñ iam facti ingentium calamitatum & ſeditio-
num lybijs cauſam prębuere. Nec prius ſedata ſint mala ꝙ viri
iſti deperderentur. Ciuilem pręterea ſcribit byzantij aduerſus Im
peratorem ſeditionẽ exortam: maximũ proceſſiſſe in malum: &
damno rempublicã affeciſſe/ factaſq; per Vnnos incurſiones: q
ea tempeſtate hiſtrum flumen tranſgreſſi Romanũ imperiũ acer-
biſſime deuaſtarint. Illyrios Theſſaloſq; & Europę alia pleraq;
depopulati; & Aſię partem nõnullam: in Heleſpontũ tranſierint.
Surorũq; Vrbem: in Syria Berriaq;: & ad Orontẽ fluuiũ Anti-
ochiam hoſtiliter fuiſſe a Choſroho perſarum rege deletas. Edeſ
ſemq; ciuitatẽ obſeſſam: a qua poſtmodum depulſus abceſſerit.
Poterunt igitur ex Procopij ſcriptis non ſolum hęc noſcitari. Sed
ęthiopum Omeritarũq; acies peruideri: & cauſa ſimul cur vtręq;

Scripturũ ſe eſſe q̃ aliorꝝ nullus cõſcripſit.

Procopius auctor q̃d ſcripſerit.

Carchedon vrbs.

hęgentes ad inimicitias venerint. Quã multa ille de morbo peſti=
lentiſſimo diſſerit: qui tunc tẽporis in genus humanũ irrepſerat.
Chorian⁹ mermeroes. & q; abſurda cũ eo ſimul inuaſerint. Poterit deinceps ex eodẽ ip=
ſo Procopio colligi: quẽadmodũ multa & ſtrenue Romanus ex
ercitus circa Alazorũ caſtella: & petrę pręſidium aduerſus Cho=
rianẽ: & Mermeroem perſarũq; multitudinẽ geſſerit. Porro trãſ
greſſus ad occidentis plagã: haud quaq; pręterijt/Theodoricum
gotthorum regẽ exceſſiſſe e vita: eiuſq; filiũ Aminundã per theu
datum quendã occiſum: vnde & Gotthicum bellũ eruperit. Nec
plane ommiſit. Vittigẽ quempiã qui poſt theudatũ Gotthorum
potitus imperio eſt: per Belliſſarium pręfectũ: poſt multa certã=
mina bello fuiſſe deuictũ. Byzantiũq; demũ ad Imperatorẽ trãſ
miſſũ. Siciliamq; & Romã & vniuerſam Italiam barbaris pere=
grinis eiectis: iterato patrium & priſtinũ decus recuperaſſe: Nar=
ſetemq; eunuchũ liberę mox poteſtatis pręfectũ: aduerſus Totil
lam gotthorũ imperatorem creatum ęgregie bella geſſiſſe: poſt
hunc Phredigerni Teiam gotthorũ ſuſcepto imperio fuiſſe haud
Ann⁹. xxvi. Iuſtiniani Imp. longe poſt interfectum: hęc omnia ad annum vſq; vigeſimumſe=
xtum imperij Iuſtiniani ſunt geſta. Deniq; procopius Rhetorin
his finem hiſtorię fecit: ipſe vero ad ea que ex his ipſis dependent:
& ſubſecuta poſtmodum ſunt: explicanda accedam: hincq; mihi
initium hiſtorię ſumam.

## ¶INITIVM HISTORIÆ

TEIAS poſt Totillã Gotthorũ dux factus: in vnũ contra=
ctis iam exercitibus aduerſus Narſetem: Romanoſq; vni=
Teias cadit. uerſis viribus bellum parauit: in eoq; ad internicionẽ deui=
ctus p̃lians cadit. Qui vero ex prelio etſi non multi ſuperfuere.
Romanis inſtantibus: nec fugę ſpatiũ permittentibus: crebris tñ
oppreſſi incurſionibus: vbi in loca aridiora ſe coegiſſent: a Nar=
ſete has pacis accepere cõditiones: vt ſuas terras libere & ſine for=
Pacis cõditiones cum gotthis. midine regerent: Romanorũ tamen imperatori obedienter tribu=
ta dependerent. Cum itaq; hiſce in locis res proſpere cederent: vi=
ſum eſt omnibus belli finem Italiam decętero habiturã. Cum id
alioquin alterius belli principium eſſet: atq; adeo vt plane autumẽ
nunq; noſtrum id ſeculum mala huiuſmodi relictura: ſed permã
ſura perpetuo: & in maius hęc ſemper auctum iri: quoad huma=

na hęc natura perſtiterit: quandoquidem vel a principio: vt ita dixerim: cum vita ſimul mortalium inuecta ſint pręlia: & ſane poetica omnis & quęuis hiſtoria bellorum ſunt plenę. Nec aliud es in his comperturus vberius proditũ. Cuius rei cauſam haud quaꝗ̃: vt volunt pleriqꝫ: aſtrorum eſſe decurſus vel fatum. vel abſurdas quaſdam neceſſitates crediderim. Nam ſi fortuna in omnibus ſuperaret: demereturqꝫ & mortalibus arbitrari & velle: profecto inſtructiones omnes & artes diſciplinaſqꝫ vanas & plane inutiles iudicaremus: deperdereturqꝫ & euaneſceret: infructuoſaqꝫ foret ſpes recte viuentiũ. Haud tamen ita ſe habet: nõ enim deũ qui mihi cognitionis ſit cauſa preliorũ ducem eſſe: & cędiũ conuenit: eũ nãqꝫ qui & ſummę ſit bonitatis: & malorũ abactor: homicidam eſſe: & prelijs delectari: Nec affirmanti quidẽ fidem ſum prębiturus. Sed in cupiditates & iniuſticias animi hominũ ſponte labũtur: diſcordijſqꝫ & ꝑturbationibus omnia cõplent. Hinc nimirũ pernicies affatim occurrit: nationeſqꝫ diripiuntur mortalium: & mortes infinitę exoriũtur. Hunc igitur in modũ ea tempeſtate & Gotthi ictis cum Romanis fœderibus diuerſi mox abiere. Siquidem qui infra padum loca incolerent: in Thuſciam Liguriamqꝫ quocunqꝫ animus ferret: vel forte ſinguli inſueuiſſent mox abſceſſere. Alij vero pado traiecto circa Venetiam per caſtella & oppida diſpergebantur in quibus antea permanſiſſent. Cum igitur Gotthorum hoc ſtatu res eſſent: perdecuiſſet hos haud dubie re ipſa & factis vt confirmarent quæ iureiurando ſanxiſſent: ſuaqꝫ ſecurius iam poſſidentes a diuturnis periculis vindicarent: vt aliquando tandem a malis reſpirarent pręteritis. At contra hi cum ſe ad breue continuiſſent res nouandi percupidi: vel denuo aggredi bellum parabant: ſuis tamen hi viribus parum confiſi: cum ſe pares Romanis minus exiſtimarent: confeſtim ad Francos ſe contulerũt. Longe melius pręſentia proceſſura ſibi hoc pactorati: vtilitatemqꝫ ex eo eſſe ad omnia ſuffecturam: ſi cum finitimis propinquiſqꝫ ciuitatibus belli ſocietatem inirent: Sic fore vt hoſtes ocius debellarent. Eſt autem Francorum hęc natio Italię proxima: & terminis iuncta: Veteres tamen hos eſſe germanos dixere: quod vtiqꝫ ex eo ſat liquet. Nam circa Renum hi habitant: & huic propinquas incolunt terras; Galliarũqꝫ

Cur bella ſerere innatũ hominibus.

gotthi res nouas moliuntur.

Francorũ natio. Frãcos eſſe germanos.

Maſſilia frācis ſub eſt.

maximam poſſident partem: non propriā ſed vi & in poſterū oc/
cupatam. Habēt prȩterea Maſſiliam vrbem: Ionū olim Coloniā.
Hanc enim Phocenſes quōdam per medos ſedibus ſuis abacti in-
coluere, Dario idaſpis filio rege perſarum regnāte: nūc vero grȩ-
ca ex vrbe: reddita iam barbara eſt. Nam patrio illo reiecto & pri-

Germanorū laudes

ſco viuendi modo imperantiū vtitur inſtitutis. Tametſi hoc tem-
pore videatur nō admodum priſtina dignitate defectior: nimirū
cum germani haud quaqꝫ ſint vt plurimi barbarorum paſtores.

A fide criſti.

Sed Romanoꝝ politia & alijs inſtitutis & multis vtūtur. Hiſdē
qꝫ legibus viuunt: & cȩteris item vt in cōuentibus faciendis & nu
ptijs: medeliſqꝫ eadem ſtatuunt. Sunt quippe omnes hi Chriſtia-
ni: & rectiſſimȩ inter cȩteros omnis opinionis: habent prȩterea ꝑ
ciuitates antiſtites: ſacerdoteſqꝫ feſtos inſuper haud ſecus: ac ipſi
nos peragunt dies: & ſane hi mihi & ſi cȩtera barbari: moribus ta
men videntur ꝙ optimis prȩditi: & maximum in modum ciuiles.

A ciuilitate.

Nec quicqꝫ habere quod a nobis hos faciat alienos: prȩter veſti-
tus barbariē: & vocis innatȩ ſonū linguȩqꝫ: quos equidē cum ob
eoꝝ virtutes: tum ob in cȩteros ȩquitatem: inter ſeqꝫ concordiā:
mirum in modū admiratione ac laudibus proſequor & magnifa

A cōcordia principū.

cio. Nam & ſi ante hac ſȩpe & noſtris his quidem temporibus in
principes tres, plures ve eoꝝ ſit partitum imperium: nunqꝫ tamen
in inuicem bella ſuſcepiſſe hos conſtat: nec ciuili patriam ſangui-
ne inquinaſſe. Cum alioquin vbi magni eſſe videntur: & nō im-
pares aut dubij potētatus. Ibidē & neceſſariū ſit omnino & mul
tis de cauſis inflatiores animos fieri: honorūqꝫ exoriri & prima-
tus cupiditates: & infinitos alios animorū affectus: vt ꝑturbatio
nis ita & ſeditionū pleniſſimos. Apud hos tn̄: & ſi diuiſa imperia
ſint/nil prorſus offertur huiuſmodi. Sed ſi qua forte de re inter
principes oriatur contentio: Cȩteri omnes ad bellū ſe parāt/vt ar
mis decertaturi: & ita inſtructi ſimul procedūt: ꝗbus conſpectis:
Vtrinqꝫ diſſidētiū principū copiȩ: depoſitis e veſtigio odijs: in gra
tiam redeūt: iuſſiqꝫ parent: vt iure potius ea de quibus ambigitur

Ritus germanorū i cōponendis diſſidijs.

ꝙ armis decernāt: alias vero ſi pergant ſuo ſe malo ſcirent decerta
turos. Perinde haud quaqꝫ par foret: nec patria id ſineret cōſue-
tudo: vt pro priuatis inimicitijs detrimentū reſpublica ruinamue
patiatur: his moniti falāgas mox ſoluūt: & arma deponunt: hoc

pacto pace conciliata placantur: ex tutoq; acceſſus & mutuo fiũt vnaq; verſantur & odia abſceſſere. Sic fit vt inferiores & ſubditi iuſticiã ſimul ac patriã colant. Principes vero vbi oportunũ eſt & benignos ſe prębeãt: & facile obſequanť. Vnde & vires cũ habeant/hi firmiores & legibus hiſdẽ vtantur: nulla rerũ ſuarũ facta iactura: q̃ multa ſibi & ſedulo vendicãt. Iuſticia nanq; & caritas vbicũq; inter mortales fouentur fœlicẽ proculdubio rẽpublicam reddũt: ſtabilemq;/atq; adeo diu manſurã efficiunt: nec facile iniurię oportunã: vt capi ab hoſtibus queat. Franci igitur cũ optimũ degãt id vitę genus: ſeipſos imprimis & proximos quoſq; p̲uincunt: & ex parẽtibus filij regna ſuſcipiũt. His vero p̲ id tẽporis quo ad ſe gotthi oratores miſiſſent reges tres erant. Sed haud quaq; ab re fore exiſtimauerim ſi iſtoꝝ genus paulo altius repetẽdo: & breuiter enarrãdo quę his antea cõtigiſſent in eos ſit tranſgreſſio noſtra hęc deſitura qui nã ea gotthorũ tẽpeſtate imperio potirenť. Cõſtat ſane Childebertũ Clotariũ Clodamirũ ac Theodoricũ: germanos fratres fuiſſe. Hi itaq; patre defuncto in partes quatuor partiti imperiũ: quantũ cognitõe capere potui: ęquã ſinguli partẽ ciuitatũ & gentiũ accepere clothomerus vero haud longe poſt aduerſus burgundiones q̃ & gotthicę ſũt nationis duxit exercitũ: qui cũ ſuapte natura & inſolẽter eſſet ad res bellicas prõptior: pectus telo trãſuerberatus occidiť: eo cadente mox Burgundiones coma animaduerſa p̲fuſiore quę illi ad tergũ protendebatur: ſenſere hoſtiũ ducem ſe occidiſſe. Neq; enim fas erat francorũ imperatoribus comã tondere. Sed a pueris intonſi manent: atq; adeo vt a tergo his defluãt crines. Nam a fronte diſcriminati vtrinq; feruntť. Nec ſane turcoꝝ more barbarorũq; impexi & ſqualidi ſordidioreſq; capilli his ſunt vel alias calamiſtrati & indecenter perplexi: ſed varia his ſuperinfundunt vnguenta & diligenter pectendo expoliunt Idq; perinde pręcipuũ & regiũ decus conſtitutũ eſt ſolis vt regibus permittatur/nam ſubditi circuntonſi ſunt oẽs: nec prolixior his coma concediť. Burgundiones igitur Clodamiri præciſum mox caput hoſtiũ exercitibus oſtenti: deſperare de ſumma rerũ iam ceperant & ignauiter adeo coꝝ diffracti ſunt animi in eamq; trepidationẽ iam venerãt vt de cętero inire pręliũ recuſarent: quo factũ eſt/vt victores: vti his viſum eſt datis

iuſticia & caritas.

Quatuor frẽs francorum reges.

Francorũ regum ornatus.

Franci p̲ter reges circũtonſi.

conditionibus & pro arbitrio pacti bello ſe liberarint. Francorũ copię quia incolumes & integri oẽs dimitterẽtur volentes ad ſu as ſe receperunt / ſic itaq; Clodamiro occiſo / quia nondũ liberos

Theodorici mors

ſuſcepiſſet eius ſtatim imperiũ inter ſe partiti ſunt fratres Theodoricus vero haud multo poſt tempore morbo correptus interijt

Theodibert⁹ rex

Theodiberto filio inter cętera bona pręfecturę etiã dignitate relicta q paterno ſuſcepto iam regno & alamanos bello proſtrauit / & gentes alias viciniores puicit nam & audaciſſimus erat & turbulentiſſimus ac pręter modũ cupidius diſcrimen omne adibat: vnde in ipſo belli ardore qd aduerſus Totyllam Gotthorꝝ ducẽ

Theodiberti ferocitas

Romani ſuſceperãt: Id Theodibertus animo agitabat & curabat enixius vt dum interea Narſes in Italia & Romani ſimul exercitus labore & ſollicitudine tenerẽtur. Ipſe quã maximis poſſet fortiſſimis & bellicoſiſſimis copijs in vnũ coactis ad Traciæ regionem ductaret: ibiq; oĩbus deuaſtatis Byſantiũ regiam vrbem bel-

legati theodiberti ad finitimas nationes

lum transferret atq; adeo id conſilij re ipſa & factis exequebatur apparatũq; ſuperbiorem & ꝑpotentem inſuꝑ factitabat: vt vel ad Gepedas Longobardoſq; & finitimas alias nationes: quoſdã legarit vt ſecum hi omnes bellũ ſuſciperent: non enim ferendum eſſe exiſtimabat Iuſtinianũ imperatorẽ ſuis & imperatorijs præ-

In titulos Iuſtiniani Cæſ.

ſcriptionibus tituliſq; Latine / Alamanice / Gepediceq; / & Longobardice & eiuſmodi nũcupationibus pRędicaſſe: ſe gentes has omnes & nationes ſubactas habere: & quemadmodũ ipſe hanc grauiter ferret iniuriã: ita & cæteros vt moleſtius tolerarent orabat: vt ſecum vna contumeliam paſſos: Ipſe vero ſi expeditionem hanc ille feciſſet non in bonũ audaciam ſibi ceſſuram crediderim nam ſiue in Thraciam ſiue in Illyricos ille ductaſſet quandoquidem vtrobiq; omnino & neceſſario: erat futurũ vt Romanas incideret copias cum ingnominia haud dubie erat delendus quod ſi hęc ille animo demandaſſet: deinde id noluiſſet aut optaſſet vniuerſaq; & pro votis de ſe perfeciſſet: expediebat tñ ſe ſe vt audacię & temeritatis argueret qui furorem atq; dementiã fortitudinem duceret. Nam ſi haud quaq; eius vitæ finis rem quã animo

Taur⁹ ſiluestris,

destinarat mox pręueniſſet: iter forte aggreſſus foret / ſed cum interea venatum is iſſet mirę magnitudinis Taurus porrectis in altum cornibus ei obuiam venit erat aũt is non ex puſillis hiſce qui

terram aratro ſcindunt: ſed ſilueſtris montanus feruſq; & cornu
petens: & magna corporis mole: vnde quodcũq; obuiũ habet ob
terendo occidit iſtiuſmodi multi in his terris aluntur / vmbroſæ
namq; ibi ſunt ſiluæ denſi montes locaq; ipſa frigidiora: his om=
nibus ſuapte natura animal id delectatur: hunc namq; taurũ The
odibertus cũ e loco ſuperiore in ſe ruentem vidiſſet: mox conſtitit
vt venabulum obiecturus tum ille vbi in proximo fuit: curſu de=
latus & impetu arborem haud ſane magnam fronte & cornibus
impetit: quę ſtatim omnis concuſſa procubuit: ſimulq; ex ea in=
gens diffractus ramus & ſolo violẽter impactus Theodiberti ca
put afflixit: tum ille cum lętifera eſſet & incurabili plaga affectus
ſupinus mox cecidit: & vixdum domũ delatus die eadem e vita ex
ceſſit. Theodobaldus itaq; filius regnũ ſuſcepit / quem & ſi iuue=
nis admodũ eſſet: & ſub Pædagogo adhuc nutriretur: lex tamen
patria ad paternũ regnũ vocabat. Eo igitur tempe quo Teias ſuo
perfunctus eſt fato & Gotthicis rebus peregrina erant pnecessa=
ria auxilia: apud francos Theodobaldus: & is qdem adoleſcentu
lus Childebertuſq; Clotarius reges Theodobaldi cõiunctiſſima
iuxta leges Romanas cognatiõe patrui erãt ad hos tñ qa longius
aberant haud quaq; eundũ Gotthi exiſtimarunt non tñ ex vniuer
ſę gentis conſenſu: ſed eorũ qui iuxta padũ tunc habitarent: nam
cęteris Gotthis haud dubie erat rerũ: hęc innouatio voluptati &
ſtatus firmioris turbatio: percellebantur tñ futuri prænotione &
fortunæ inęquabilitatẽ extimeſcebãt / ſiquidem ſuſpenſis hi ani=
mis & dubijs eſſent expectando & rogitando quę interea fieret:
cum alioquin eius ſententiæ eſſent victoribus in ditionẽ vt cede
rent: Gotthorũ itaq; oratores vbi regi in conſpectũ venere: & ma
giſtratibus cęteris coram aſtitere. ne ſe deſpicerent precabantur: a
Romanis oppreſſos: ſed ſecum ſi vna aduerſus hos certamen ſu=
ſciperent gentẽq; vt finitimã: ita & beniuolentia coniunctiſſimã
ſubleuarent: quę ne euerteretur in diſcrimine eſſet. Monebãt præ
terea nõ minus & illis pmaxime id profuturũ: ſi Romanis nil ceſ=
ſerint ad tam magnas vires euectis: ſed enixe nunc ne vltra proue
herentur coerceant: nam ſi Gotthorũ genus omne procul abege=
rint: haud longe poſt vel aduerſus francos venturos hos eſſe aſſe=
uerabãt; Inſtauraturoſq; priſtina bella; nec fore vt honeſtior ali=

Theodi=berti interitus.

Theodo=baldus.

Gotthorũ legati ad Theodo=baldũ le=gatorum oratio.

qua cauſa ad auaricię prouocationem his deſit: quin potius iure hi videbuntur & vos attemptaſſe: dum Marios & Camillos & Cęſarum plęroſq; cōmemorabunt vt qui bella quondam Priſcis Germanis intulerint & trans Rhenū occupauerint: vniuerſa hac via: nō vim intuliſſe hi videbūt ſed iure exercitus immiſiſſe: vt nil alienum repetituri poſſeſſionem nec abſimilē quidem contra nos alias quondā adinuēta occaſione/perinde Theodoricus qui Gothis poſt vndeuigeſimū regem tunc imperabat & nouas his ſedes pararat: indecenter Italiam occupaſſet noſtra omnia diripuere ac noſtrę gentis maiori parte occiſa: Fœliciū tūc hominū & primorꝶ vxores liberoſq; indecentius abduxere/ tamet ſi nō vi Theodoricus cepiſſet Italiam: ſed Zenonis eorꝶ imperatoris permiſſu ſuę feciſſet hanc ditionis: Cū nil prorſus ademiſſet Romanis. quippe qui Italia priuati iā eſſent quin potius Odoagro aduētitio & peregrino ſtrenue debellato tyranno belli iure quæ illius fuerāt obtinuit: at hi vbi vim inferre iam poterant nihil ex ęquo mox agere ſed Theodato primū Amalaſuntę ob gratiā infeſtiores eſſe/ idq; belli principiū & cauſam facere: atq; adeo vt ne vel ad id tempeſtatis bellum id intermiſerint: vt ſed violenter omnia agunt & rapiūt Iſti ergo ſapientes haberi volunt & acerrimi deorꝶ cultores / vt q ſoli in terris iuſte ſe viuere iactent/ ne itaq; nos qui iſta nunc patimur negligentię demū & nil oportune pœniteat vel erit ab hoſtibus his pręcauendū nec pręſens id tempus intermittendū quominus exercitū in hos bellicoſū mox immittamus atq; adeo e veſtris imperatoribus quēpiam belli peritum qui pręlio aduerſus Romanos optime geſto: hinc eos confeſtim propellat & quā celerrime ſaluas nobis terras has faciat. Si ita egeritis & Gotthicę genti rem gratam facturi eſtis: vt quibus ſalutis eritis auctores propulſatoreſq; malorū: & veſtra ſimul in tuto conſtituetis vel ſi nobis aliud nihil qui Romanis infenſiſſimi ſumus ex veſtra propinquitate vtilitatis accederet: Ad hæc autem & pecuniæ nobis innumeræ non modo Romanorꝶ res populantibus: ſed aliæ per nos dependuntur. Vbi vero legati dicendi finem fecere Theodobaldus vt erat adoleſcentulus abiectior quidē & plane imbellis: ac iam morbidus factus: vt qui corpore eſſet inualido legatis haud multum fauebat nec ferme dignum exiſtimabat pro alienis calamita-

Theodobaldi inertia.

tibus proprijs vt ſibi labores inſumeret Leutaris tñ Bultinuſq; &
ſi res ea regi minus placeret cũ his fœdera inierũt erant namq; hi
duo germani fratres: genere quidem Alemani: ſed apud francos
vires quã maximas conſecuti: ita vt ſuæ genti Theodobaldi per-
miſſu preeſſent: Alemani autẽ: ſi Aſinio quadrato viro italicenſi
fides preſtanda eſt: qui res germanoꝝ diligenter perſcripſit aduẽ
titij ſunt & ex varia hominũ colluuione conflati: quod ſane eoꝝ
cognomento prefertur: hos nimirũ Theodoricus olim Gottho-
rum rex cũ totius italię potiretur imperio: tributarios fecerat: &
gentem hanc ſubegerat vniuerſam: vbi vero is humanis exceſſit:
& Iuſtinianus Romanoꝝ imperator: & Gotthi bella inter ſe vel
acerrima gererent gotthi ipſi cum francis interea adulando gere-
rent morem & enixe quauis arte machinarentur vt amicos hos ſi
bi & beniuolos cõciliarent ꝙ maxime vel ex alijs pluribus ſuis eie
cti ſunt locis iamq; Alemanoꝝ gentem reliquerant: nã vndequa
q; cogendas ſibi tunc vires eſſe exiſtimabant: & ſubditos omnes
quos ſuperuacaneos ducerent: & nil oportunos mox omittẽdos
perinde haud quaq; iam de imperio & gloria decertaturi: ꝓ quo
ipſa Italia ne ad internicionẽ deperderentur propulſaturi diſcrimẽ
vnde cũ futuri temporis periculũ aĩo precepiſſent voluntariã fece
rant neceſſitatẽ: ſic itaq; Alemanoꝝ gentem ꝑ Gotthos dimiſſam
Theodibertus in ditionẽ accepit quo mortuo vt ſupra iã diximus
ad Theodobaldũ filium cũ ceteris: & hi ſimul in poteſtatẽ ceſſe-
re huic genti legitima quedam & patria ſunt inſtituta ſiquidẽ in
rebus publicis adminiſtrandis & magiſtratibus Francorũ politiã
ſectantur & leges in his tamen quæ ad religionem ac deũ ſpectãt
ab his longe diſſentiunt: Nimirum qui arbores quaſdam adorent
propicientq; / nec ſecus & fluminũ aquas colleſq; & ſaltus: qui-
bus perinde religioſe id agant: equos & boues & infinita huiuſ-
modi pecora deſectis ceruicibus immolant: ſed cũ francis aſſidua
conuerſatio maximũ his in modum conducit & ornamenti plu-
rimũ affert ad ſeq; quotidie trahit: qui ſui compotes ſint & ſpero
fore vt non longo poſt temporis interuallo iſtorũ peruicatura ſit
pertinaciã: Nam & prauæ opinionis abſurditas ipa: atq; veſania
vel vtentibus ipſis innoteſcent quãdoq; & facile vanitatis coar-
guẽt: reſtringuiq; haud magna vi poterũt: ni forte omnino de-

Leutaris & Bulti-nus fra-tres Ale-mãni.

Alemani qui fuerĩt

Gotthoꝝ ſtudiũ er-ga frãcos

Gothi a-lemanoꝝ gentẽ the-odiberto dimiſerũt

Alemano rum inſti tuta.

Alemano rum Re-ligio.

mentiant & efferantur / ſed hi ꝓfecto miſericordia potius ſũt q̃
odio digni vt oẽs veniam aſſequãtur. Quocũq; a vero aberrant
non enim hi vel captãtur vel labuntur volentes: ſed boni forſitan
ducti cupiditate & ſi alioq̃n iudicio falſi: conceptis opinionibus
qualeſcunq; ſint: ꝑtinaciſſis hęrent: ipſe vero huic ſacrificiorũ im=
manitati & infœlici deorũ cultui: haud quaq; intelligo: vtrũ me=
deri verbis quis poſſit: ſiue in ſiluis hęc peragant̃ & lucis: vt apud
Barbaros: ſiue legitimis fiant priſcorũ dijs: vt apud gręcos & quõ
dam gentiles. Sed nil equidẽ aris ineſſe reor quod iocũdius ſit ſan
guine inquinatis: & violentiſſima beſtiarũ pernicie. Quin potius
ad iſtiuſmodi quodcunq; cõceſſerit: nec bonum oĩno futurum
eſt: nec manſuetum: ſed ferum magis & furibundũ qualem pauo
rem timoremq; fingunt poetę: bellonamq; quandã Iacturam in
ſuper ac indefeſſam vt perhibent iſti contentionẽ: adde ſi velis vel
apud perſas Anininem quẽpiam vocitatum: & ex inferis phantaſ
matibus quęcunq; malefica ſint ac ſanguinaria. Sed hęc forſitan
videri cuiq; poterunt non admodũ noſtrę hiſtorię conuenire: q̃n
potius ſuperuacanea eſſe: & ab his aliena: ad quę ipſi contendi=
mus. Me vero iuuat in mediũ cuncta producere: quę cognita ſũt:
& quę rectiora fuerint collaudare: apertiuſq; improbare quę nõ

Hiſtorias eſſe diua=riandas.

iſtiuſmodi ſint & perinde inutilia coarguere. Nã ſi haud ita ſe ha
berẽt hiſtorię: vt hoc pacto diuariatę meliores delectabilioreſq;
efficerẽtur: & vitę magis conducerẽt: ſed ſola fieret rerũ geſtarũ
ſimplex & indiligens quędã narratio: in diſcrimen hę forte apud
nõnullos venirent ſi dictu id ſit nõ admodũ graue ne haud multũ
vident̃ ꝓſtantiores ac decãtatę in ope muliebri ſint fabulę. Verũ
de his vt lubet ſentiat quiſq;: mihi vero ad ea quę cœperam pro=

Leutaris & Bultini fiducia.

grediendum. Leutaris itaq; Bultinuſq; vbi ſe primum aduerſus
Romanos ductare exercitus impetus cœpit inflati ac ſpei pleni:
nec ſua ſorte contenti: Narſetem Romanorũ prefectum: nec pri
mam quidẽ incurſionem laturũ exiſtimabant: ſibi vero Italiam
omnẽ in poſſeſſionem ceſſurã: & ſe ſimul in poteſtatẽ Siciliam

Exercitus Alemanorũ & ger=manorũ,

redacturos: mirariq; ſe gotthos iactabant: qui homuntionẽ cubi
li aſſuetũ: & vmbrę delitijs deditũ & plane effeminatũ reformi=
darent. Hi itaq; dũ ita ſentirent fremendo & acies magnificando
ſuas: ex Alemanis germaniſq; exercitu: ad duo & ſeptuaginta mi

lia fortiorum virorū coacto: ſeſe ad bellum parabant: vt iam iam Italiam inuaſuri Narſes vero Romanoꝝ pręfectus: & ſi ea quę apud hos gererentur haud ſatis calleret: prouidentia tñ fretus & maxima: vt qui mallet ſemꝑ hoſtium impetus pręuenire: intellexit caſtella quędam in Tuſcia per gotthos iam occupata: ſumma vi cōmuniri: Is ſane vir nec victoria pręter modū vel indecenter effe rebatur: nec poſt labores ad delitias declinabat & luxum: vt alij ſolent plęriq;: ſed confeſtim exercitu moto ad Cumas ductabat: eſt autem oppidū id in colle ſitū aditu difficili pręruptoq;: & in tyrreni maris proſpectū: & quoniā ſupra littus ſic imminet collis: vt ad inferiorem partē ingenti cum ſtrepitu diffracti fluctus illidāt: & loco ſuperiore validis circū cingitur muris turribus & propugnaculis firmius elaboratis: iccirco eo in oppido perinde tutiſſimo per Totillam Teiamq; qui inter gotthos priores regnarant: quęcūq; vel precioſa vel admiranda his erant recondebant. Eodē igitur Narſes vbi ventū iam eſt: quā maximi faciebat: vt celerius oppido & pecunijs potiretur: ne de cętero gotthi locum haberēt: Vnde inſultus tuto & pro arbitrio factitarēt: & ipſe tandē victorię finē enixe ſatagēdo: & operādo aſſequerēt. Fuerat Aligernus Teię gotthorū ducis germanus frater: Is intra oppidū erat exercitūq; circa ſe quoad licuit maiorem coegerat: nec pacificū quicq; animo agitabat: tum quia Teias in bello ceciderat: tum etiā quia gotthorum res iam declinaſſent: & diſſolutū has iri pro indubitato acceperat: ſed alioquin nec animo angebatur: nec allatā & pręſentem fortunā extimeſcebat: ſed loco confiſus & rerum neceſſariarum vbertati & copię audētior erat: & ea animi magnitudine: vt in hos videretur qui ſe vtcunq; aggrederentur vindicaturus. Tunc Narſes iubendo copias ſtatim oppido applicauit Romani vero vbi non paruo labore in collem proximū euaſere: tela mox cominus in hoſtes iaculabantur: qui in propugnaculis cōparebāt & crebra ſagittarum emiſſione ſtridorē arcus edebant: fundiſq; lapides ſublimes deferebantur: admouebanturq; & bellica cętera inſtrumenta: quęcunq; ad murorū oppugnationē parari ſolent. Contra vero qui circa Aligernū milites erant e turribus coeuntes haud ſegnius iaculando: ſagittaſq; emittendo pręliabantur: e muroq; magnę molis ſaxa manibus prouoluebant: ſudes ſecureſq; de

Narſetis prouidentia.

Narſetis animi moderatio.

Cumanū ſitus.

Gotthi ſe cumis muniunt.

Aligern⁹ Gotthus.

Narſes cumas oppugnat.

mittebant in ſubeuntes: armorūq; genus omne: quod ab ea vide
retur neceſſitate nō alienum: hoſteſq; oppugnando ſeq; tuendo:
tormentis & machinis vtebantur: ita vt nihil omnino ſit intermiſ/
ſum: quod ad ſe tuendos valeret. Sed imprimis Aligerni ducis ſa
gittatiōes Romanis pręcipue noſcitabātur. Nam & ſtridore mul
to per hunc emiſſę ſagittę: & velocitate non ſegni deferebantur:
atq; adeo vt ſi in lapidem incidiſſent: ſiue aliud quidpiam durius
pre velocitate & impetus violentia: mox prorſus illiſę perfringe
rentur: vnde palladiū qui apud Narſetem nō inter ſegnes locum
tūc obtineret: ſed copijs pręeſſet Romanis: & inter primores præ
fectus eſſet. Vbi Aligernus ferro & thorace armatū: animoq; in
genti & celeritate nimia inuadentē aduertit: ſagitta in eum ex pro

Fortitudo aligerni.

minenti immiſſa: cum thorace ſimul & ſcuto tranſfodit: tantope=
re viribus multos hic anteibat: & tam illi valide erant dum arcum
inflecteret manus: ſic multis deinceps diebus pugnatū: & leuibus
pręlijs neutriſq; ex ſpe votoq; res procedebant: Romanis quidē
turpis diſceſſio videbatur: niſi prius in poteſtatē oppidum rede=
giſſent: & gotthos iam ſatis conſtabat obſidioni nil conceſſuros:
Narſes vero pręfectus fluctuanti animo angebatur quā maxime
ęgerrimeq; ferebat: ſi tempus eſſet & longius in expugnādo tam
perexiguo oppidulo conterendū. Verſanti hæc animo ac ſingula

Stratagema narſetis.

meditanti: viſum eſt tandem hoc pacto pręſidiū experiri: ſub ea
collis & ſuperimpoſiti pręſidij parte quę ad orientem ſolē verge=
bat: Spelūca erat vtrinq; patentior & profunda penitiſſimiſq; &
ampliſſimis penetralibus: voraginibuſq; immenſis in abruptum
deſcenderat: hanc ferunt Sibillam Italicenſem illā & magnā inco=
luiſſe: quę Phœbo capta & ſpiritu diuino inſtincta: petētibus fu
tura prędiceret. Si quidē & Ænee Anchiſę filio tradunt ſe adeun

Vbi ſibilla habitauit.

ti omnia prędixiſſe quę illi eſſent imposterū occurſura. Et ſpelun
cę caſtelli pars quędam innitebatur quā vt dirueret Narſes ſecū
tacitus verſando pręcogitarat: & hunc in modū peregit. magnā
vim hominū in ſpeluncę cōcauitates immiſit: iuſſitq; vt dolabra
& inſtrumēta eiuſmodi cętera ad lapides excidendos muroſq; de
moliendos accomoda ſecū deferrent: ſenſimq; ſpeluncę faſtigiū
ea ex parte pręciderent: qua pręſidij fundamenta obfirmarentur.
Quo factum eſt vt eotenus excidēdo ædificij hi baſem purgarēt:

vt prima ipſa fundamenta denudarentur: quibus nudatis erecta
ex ordine tigna ſubijciunt: quibus muri innixa moles ſuſtinebat̃:
ne ſtatim rueret: vel compages ipſa diſſolueretur: vel Gotthi quę
gererentur celerius pręſentirēt: nam alias principio ſtatim ſarcita
iactura ſuis mox rebus opē tuliſſent: de cætero q; firmiſſimis cu
ſtodijs omnia aſſeruaſſent: ne itaq; omnino quę fierent his inno=
teſcerent: ne ve deciſorū & cadentium lapidū fragor exaudiretur
ex altera ſuperiore caſtelli parte ꝗ maxime licuit Romanus infe=
rebatur exercitus: ita vt cōclamantibus vniuerſis & ex adhorta=
tione mutua perſtrepentibus: perturbatio quidē iniecta hoſtibus
ſit: & obſidio horridior reddita. Verū vbi iam murus eo ſpacio
quo ſupra ſpecum porrigebatur pendulus totus & ſublimis eſt
factus: ita vt lignis dūtaxat incumberet: quę erecta ex ordine ſo=
lo collocabantur aridiore & vndequaq; collecta materia ac tignis
ſuppoſita: igne iniecto confeſtim ipſi ſpecu ex infimo prodiere.
Flāma igitur nō longe poſt excitata: ſubſtētacula ſtatim igne cor
repta perfringebātur: & impoſito ponderi cōceſſere: pręſidij aūt
pars omnis quę tignis ſubleuata detinebatur in vacuū collaben=
do ſubſedit: turreſq; ea e regione & propugnacula celerrime a cæ — Pars cu=
tera compage diuulſa: in decliue deferebātur. Fores pręterea por — maū cor
tis arctiſſime inhęrentes: quę vt in hoſtiū conſpectu ſitę clauſtris — ruit.
per cuſtodes obſeruatę validius occludebantur: cū vectibus ipſis
obicibuſq;: vadoſum in littus & ſaxa extantia excutiuntur. His ge
ſtis Romani aditu facile oppidum iam fore rebantur: & hoſtes
de cætero contemnendos. Sed falſa hi ſpe ducebantur: ſi quidem
abruptę iam foueę: & infra collem ipſum pręcipitia & patētia lo=
ca: vt ſubſidente iam ſolo fiūt: eum locū nil minus pręruptum &
aſcenſu difficilem oſtendebāt. Sed Narſes iterato pręſidiū oppu — Cumę ite
gnando aggreditur: vt celerrime direpturus: Gotthis tamē in vnū — rū oppu=
iam coeuntibus enixeq; depugnātibus: re infecta repellitur: Tum — gnātur.
Narſes vbi nec bello neq; incurſionibus expugnari oppidū pote=
rat nec vlla vi capi: ſtatuit non oībus copijs tantū hic laboris in= — Narſes a
ſumere: Sed Florentiā centumcellaſq; parua tunc tuſcię oppida — Cumis re
ſe ſtatim conferre ibiq; oībus pro tempore conſtitutis: hoſtiū p̄= — cedit.
uenire aduentū. Iam eñ Leutarim Bultinūq; cum Francorū Ala=
manorumq; exercitibus infra padū adeſſe nunciabatur: vnde ꝗ

Philimut herulus.

Fulcaris herulus ꝑficitur.

Narſes partē exercit⁹ hoſtibus obuiā mittit

concitatiſſime maximā exercitus partē eo ductabat. Interea vero Philimuth ſequentiū ſe herulorū pręfectus: non multis ante diebus morbo correptus obierat: vnde cū eſſet neceſſe vt ſub altero & ſuę gentis præfecto hi militarent: Fulcarem mox eis præfecit: Phanicei nepotem iuſſitqꝫ vt cū Ioanne bataliani: Valerianoqꝫ & Artabane & alijs nō nullis pręfectis ac ducibus exercitus maiori & bellicoſiſſima parte alpium monte: qui Tuſcię Emilięqꝫ intermedius prominet circūito: circa padum ſe flumen reciperet: ibiqꝫ belligerando & loca pręoccupando munitiora hoſtiū propulſaret inſultus & coerceret: ea conditione vt ſi abigere prorſus hos ꝗret: gratias haberet fortunę: ſin vero pre multitudine vim pateret: idqꝫ exequi nequeat illorū ſaltem vt iter moretur indicit: nec ſinat vt fidenter & intrepide progrediantur: ſed ꝗ maxime illos perterrendo & inſultādo ꝗ longiſſime abigat: quoad ipſe in proximo oīa quēadmodū geri velit cōſtituat: Tū illi ſic moniti abiere.

Mandata Narſetis.

Narſes vero ad Cumarū oppidū qđ oppugnare occepat exercitū non contēnendū reliqt: vt ſedendo & cohibendo hoſtes cōtra oppidū cōtineret & longa obſidiōe hoc deniqꝫ potiret̄ vn̄ foſſa Romani circūducta exitus aſſeruabāt: ſi quē forte pabulatū euntem comprehenderent. rebantur nāqꝫ ſi ꝑ annum obſiderentur oīa his defutura.

Cumę obſidentur.

Narſes aūt Ciuitates aggrediendo maiorē in partem nullo labore in poteſtatē recipiebat Florentini nanqꝫ obuiā illi & pacifice prodeundo: fide accepta nequid hoſtile paterentur ſponte ſeſe ſuaqꝫ oīa tradiderunt Centūcellenſes deinceps id ipſum fecere Volaterraniqꝫ item hos ſubſecuti: nec ſecus Lucēſes piſaniqꝫ hoc pacto Narſeti proſpere & ex voto oīa procedebant atqꝫ adeo vt vel iter agendo proxima quęqꝫ reciperet

Quę ciuitates ſe dederit narſeti.

Soli Lucenſes Ciuitatis deditionem differre tentabant/ nec illi ſe permittebant: tametſi pactionibus factis: & obſidibus datis iureiurando id confirmaſſent/ quod ſi infra dies triginta nemo ſibi ſuppetias miſerit nec auxilia ferat: quibus aperte bello tutari ſe queāt: & nō e turribus mœnibuſue depugnādo: ſed pede collato manus conſerere: e veſtigio Vrbem ſeqꝫ traditūros/ Sperabant nāqꝫ non longe poſt Francorum exercitū ſibi pręſidio affuturū: vnde his illi confiſi huiuſmodi cum Narſete fecerant pactiones.

Lucenſes ſub cōditiōe ſe dedunt.

Lucenſiū perfidia,

Iamqꝫ conuentū exierat tempus Franci vero nondū his opitulatū aduenerant/ Lucenſes itaqꝫ

cum perinde cõuenta & paruifacere & renuere vellẽt illuſus Narſes: vti par erat. cum moleſte id ferret: ad expugnãda mœnia ſe cõparabat. Cum interea e ſuis plęriq; decernerẽt a Lucenſibus accepti vt obſides necarẽtur & hoc pacto ingenti ciues dolore affecti perfidiæ luerẽt pœnas: ſed Narſes qui prudenter oĩa factitabat: ne iræ fręnos laxaret: haud quaq; ad id crudelitatis euaſit vt eos necaret qui nulla ſe iniuria affeciſſent/pręſertim cũ alij in noxia eſſent/Sed arte hac vſus obſides q; primũ produxit in mediũ: manibus poſt terga reuinctis / capiteq; ad terram demiſſo: ſuiſq; hos ciuibus tam calamitoſe affectos ſpectaculũ prębuit: Comminabaturq; ſe iamiam hos necaturũ ni Lucenſes ipſi quę iuraſſent exequerentur: obſidibus aũt a tergo ad collum lignũ ſummittebatur pannis opertũ ne hoſtes poſſent vel e longinquo dolũ proſpicere his vbi ne hoc quidem modo productis: ciues parerent. Iuſſit oẽs ex ordĩe capite luere trũcariq; tũ ſtatim ſtrictis milites gladijs violentiſſime feriebant perinde ceruices his pręciſuri / ſed illata plaga ſine illorũ pernicie ligno infligebatur: obſides tñ vt erant inſtructi proni in terrã vt moribundi prolabebantur pedibuſq; identidem calcitrando diſſimulabãt ſe morte affectos: Tunc vero qui in ciuitate erant vbi tam atrox facinus proſpectaſſent vt ſępe fit: cum minus poſſent tam longo ex interuallo vera proſpicere / cõploratione mox facta calamitoſa ſibi exiſtimabant quę patrata iam eſſent/erant nanq; obſides illi nõ vulgares qdam & ſordidi generis: ſed inſignes & nobiles. Quo factũ eſt cũ ſuis ſe Lucenſes priuatos putarent: vt exortus mox multiplex fletus circũſonaret vlulatuſq; frequens: & flebiliter lamentabiles voces: fęminarumque cœtus percutientiũ pectora laceratis veſtibus in ꝓpugnaculis vagarentur/ſiue matres hę eſſent: quę de ſe natos mortuos crederẽt ſiue ſanguine propinquiores: ſiue alias vtcũq; illis afficerentur. Iamq; oẽs Narſeti apertius ingerere contumelias: inſolentiãq; exprobrare & vanitatẽ & re quidem hunc violentũ eſſe & ſanguinarium dicere/cũ alioquin piũ ſe fruſtra iactaret: & Dei cultorem: Hęc his inclamantibus Narſes reſpondit: Nonne vos iſtis exitij cauſã prębuiſtis quorũ nulla apud vos ſit habita ratio: quãdoquidem & hos proditos per vos eſſe ſat cõſtat: ac vobis ipſis videmini nil recte conſuluiſſe: qui iurãdo & peierando: fractis cõ-

Prudẽtia narſetis ĩ Captiuos Lucen.

Lucenſiũ luctus.

narſes itẽrũ deditionem tentat.

uentionibus & ſacris contemptis: prodideritis fidem: Verũ ſi pla
cet iterato perdiſcere quę vobis ſint profutura: & factis conuenta
peragere: nihilo eſtis a me minora impetraturi: Nã & obſides ipſi
ad vitam redibunt: & ciuitatẽ hanc veſtrã inoffenſam tuebor: ſin
minus: neceſſe erit omnino vt malefactis demũ indoleatis: nũc ve=
ro quid facturi ſitis conſiderate ne & vos oẽs eadem hęc patiami
ni: Hęc vbi acceperũt Lucenſes eludere: & ſe irridere prędectũ re=
bantur: quia reuicturos mortuos diceret: & erant proculdubio
pro eorũ captu ludibria quę dicebantur: haud tamen eo tendebãt
Sed alioquin tũc rurſum promptiſſime fatebantur & iuramẽto
aſſeuerabant ſeipſos Narſeti ac Ciuitatẽ: vt pro arbitrio vterẽt:
mox dedituros: ſi obſides ſuperſtites cernerẽt: tanquã cum impoſ
ſibile factu id videretur, ad ſe demũ ęquitatẽ transferrent: Tunc

narſes obſides lucẽſes ſpectãdos exhibet.

Narſes extemplo oẽs ſimul exiſtere iuſſit: ac ſuis ſpectando: exhi=
buit integros quidẽ & nil imminutos quibus hi viſis: vti par erat:
ſpectaculi nouitate obſtupuere: haud tñ idcirco oẽs obſeruan=
dum eſſe iuſiurandũ cenſebant: Sed erant qui promiſſis obſiſte=
rent: Nam vbi & ſuos viuere certiores ſunt facti: & quod moleſtũ
animis fuerat ſeq; angebat quã maxime in ſpem bonã euaſit: rur

Rurſus lucen. fidẽ. Narſeti frangunt

ſum vt vulgus ſolet ad ingeniũ redibant & fraudem: perfidiaq;
apud eos ſuperior erat: demũ vbi ad id eſt dementię ventũ Nar=
ſes pręfectus magnitudine animi fretus obſides oẽs ad ſuos re=

Liberalitas Narſetis in reſtituẽdis captiuis.

miſit, nulla in redimendis vel accepta pecunia vel a Ciuitate ex=
preſſa cõfeſſione. Lucenſibus itaq; ſtupore affectis: & cuius rei
ob gratiam id Narſes egiſſet addubitantibus: non ſuę eſſe cõſue=
tudinis dixit: vana quędam & ſpem lubricam aliquã glorię duce=
re: ſed vel nullis acceptis obſidibus ſe omnino facturũ: niſi ſeſe:
ocius dedant: vt his armis (gladios oſtentando) in poteſtatẽ veni=
rent: obſides vero qui dimiſſi ad ſuos iam fuerant: ciuibus ſuis im
mixti cœtus hoĩm obeuntes Narſetem laudibus ferre & identidẽ

Obſides apud lucẽſes narſetem laudant.

memorare apud eum ſe comiter & amice nõ hoſtiliter habitos: ꝑ
humanũq; Narſetem eſſe & popularẽ & cũ Iuſticia hunc cõiun=
ctam habere animi magnitudinẽ: vbiq; muſſitabatur: vnde futu
rum erat: vt vulgatus hic ſermo maiora eſſet nõ longe poſt effe=
cturus: quã arma: nimirũ cum obſides multitudinẽ contentioſã
& inconſtantẽ facile volutarent: & pluribus ſuaderẽt Romano=

rum vt partes ſuſciperent. Narſes vero cum Lucam adhuc obſi-
deret: vbi alterius exercitus quē in Æmiliam miſerat acceptū detri
mentum intellexit ꝑturbatione affectus: vt decuit animi merore
ingenti capiebatur: Si q̄dem poſtq̄ꝫ eo quo mittebatᷣ exercitus ille
peruenit / conſultius oēs omnia factitabāt: in hoſtili namqꝫ ſiue
in vicos prędatum: ſiue in oppida eundū erat: Compoſiti oēs ad
modū procedebant: nec temere agebant prędas: & ſi diuerſi abiſ-
ſent: non diſſipati palanteſqꝫ vagabantur: ſed ordines ſuos ſerua-
bant: cuſtodijs oportunis in locis ad omnē neceſſitatē locatis: &
agmine quadrato incedendo in mediū prędā recipiebant vt eam
firmiſſime tuerentur. Sic itaqꝫ tū primū depopulatis hoſtiū agris
paucis poſt diebus vniuerſa quę geſſerāt euanuere Fulcaris nāqꝫ
Herulorū pręfectus & ſi cętera ſtrenuus adeo vt hoſtile nil quip
piam extimeſceret: cū audax eſſet & turbulentus: & nil oportune
vires tum nactus: Imperatoris nāqꝫ & pręfecti non modo pha-
langem ordine ſuo diſponere peritiā eſſe arbitrabatur: ſed vbi in
aciem iam produxiſſet: & furibunde medios inſiluiſſet in hoſtes:
rem vt mox bellicam exerceret hęc ille fremendo iactandoqꝫ glo-
riabatur: Tunc itaqꝫ inſolentia magnū in modū elatus: incurſionē
in Parmā Vrbem extemplo fecit: erat aūt hęc ſub Francoꝝ tunc
temporis poteſtate: cum potius hunc decuiſſet: vt dimiſſis primo
ſpeculatoribus q̄d ſibi hoſtes vellent ꝑdiſceret: deinceps ad pręco-
gnita ſe ſtatim offerret. At ille peruicacia ductus impetuoſeqꝫ ſa-
tis & temerarie audacia fidens: herulorum ſine vllo ordine copias
in hoſtem duxit: & proſequentibus Romano ex agmine multis
concitatius iter habebat / Hęc vero vbi Bultinus Francorū Prin-
ceps accepit: habebat eīm ad amphiteatrū per id tp̄is ſtationē haud
longe a Ciuitate ſitum quod vtiqꝫ his erat extructū qui cum Be-
ſtijs populo inſpectante certarent: habito ſtatim eoꝝ delectu qui
ex ſuo exercitu & audacia plurimū & bello valerent / hiſqꝫ in clan
deſtinas inſidias collocatis expectabat ſimul & obſeruabat bene-
gerendę rei occaſionē / Sed poſtq̄ꝫ Fulcaris Heruliqꝫ in medios ho
ſtes ſeſe cōtulere / dato tūc ſigno impreſſioneqꝫ facta / Franci oēs
vno agmine hos induunt ſegniter & temere prodeūtes: extemplo
qꝫ qui tam turpiter in manus veniſſēt ſubito & inopinato caſu ꝑ
terrefactos & retibus perinde cōprehenſos gladijs cedunt: vix ūi

Succeſſus alteri⁹ exercit⁹ Ro. in Aemilia.

Fulcaris temeritas

Bultini cōſilium.

Fulcaris circumuenitur.

Herulorũ fuga.

iſtorum pars maior/Vbi tandem quo calamitatis veniſſent: non
ignorarent ignobilẽ & turpiſſimã maluerunt ſalutem: nam terga
hoſtibus dantes celerrime in fugã ſe cõiecere priſtinę prorſus vir
tutis obliti: & diuturnę in piculis adeundis ſolertię/ Sic itaq; de=
leto exercitu Fulcaris herulorũ pfectus ſolus cũ Satellitibus &
beneficiarijs ſuis nõnullis relictus haud quaq; ſe dignũ exiſtima=
uit: vt cum cęteris ſimul fugã capeſſeret / ſed longe melius ſibi &
cõſultius fore: ſi cũ gloria obeat mortẽ: q̃ vitã per ignominiã du
ceret/vnde & cõſtitit vt licuit tutius ac proximo monumẽto: ter
go innixus: ex hoſtibus plures bellãdo occidit: cũ nũc hoſtẽ inua=
deret/nunc facie aduerſa ſe ſenſim reduceret: & cũ ei licuiſſet: vel
facillima qdem fuga ſalutẽ peteret: ſuiq; id vt faceret hortarẽtur

Fulcaris pugnãdo occidit.

& quonã pacto rñdit Narſetis linguã poſtea tulerim: me temeri
tatis inſimulantẽ: criminationẽ itaq; vt videbatur: magis hic veri/
tus alienã q̃ gladios/diutius obſiſtendo haud quaq; pugnã inter
mittebat quouſq; tandem multitudine circũfuſa & multis telorũ
ictibus pectore iam aperto exceptis ſecurique capite interciſo: vix
demũ vt moribundus ſupra ſcutum procubuit. Super hunc & cę
teri ad vnum oẽs quos circa ſe habuiſſet: ſiue ſponte ſiue inuiti:
vt ab hoſte coacti contrucidantur. Prefectus itaq; hoc modo oc=
ciſus nec diu honoribus fretus: ſed breui proſpera vſus fortuna
haud ſecus ac ſomniantis lęticia: celerem habuit prefecturę & vi=
tę finem. Id igitur Romanis iacturæ perpeſſis: Francorum animi
magnũ in modum intumeſcebant cõfirmabanturq;: & Gotthi q

Gotthorꝝ exultatio de victo=ria Bulti=ni.

Emiliam Liguriã locaq; illa propinquiora incolerent: & ſi prius
diſſimulãter quidem nec libere pacem alioquin: & formidine po=
tiuſq̃ voluntate cum Romanis & ſocietatẽ: iniſſent reſumptis tñ
iam animis fidentius & aperte ruptis fœderibus quamprimũ ad
Barbaros & ſui ſimiles ſe contulere: Romanorum vero exercitus

Ro. exer=cit⁹ & herulorꝝ reliquię Fauẽtię.

quem Ioannes batiliani: vt diximus & Artabanes prefecti ducta
bant: herulorũq; copiarum reliquię: quæ forte fuga integrę iam
euaſerant: Fauentiã confeſtim ſe receperũt: Prefecti namq; haud
quaq; eorum referre arbitrabantur: circa Parmã Vrbem tempus
diutius terere preſertim hoſtiũ coeunte iam multitudine: quæ ꝓ
rerum ſucceſſu in delitijs ageret: nec proſperam ferret moderate
fortunam: ſiquidẽ ad eos Gotthorũ ciuitates affatim iam conuo=

ſtabant:ita vt validioribus receptis in poteſtatem pręſidijs:ſatis il=
los conſtaret oībus viribus in ſe incurſuros:quo metu perculſi q̃ Ro.exer=
proxime poſſunt Rauennam ſe recipere ſtatuunt: vt hac via ho= citus Ra=
ſtes vitarent: quibus ſe bello haudquaquā pares fore rebantur. uennę
His rebus Narſeti renunciatis acerrime angebatur: & Barbarorū Narſetis
vt inſolentiā:ita & Fulcarem tam ſubito interiſſe moleſte ferebat Triſticia.
virum ſane nec ignobilem quidem:neq; obſcurū: ſed bello egregi
um & factis clarū victorijſq; ornatū:& multis & qualem nec bel
lo capi ab hoſtibus potuiſſe crediderim:ſi cōiunctum cū fortitu=
dine conſilium habuiſſet: Ob hæc igitur decora Narſes & dolo
re afficiebatur ingenti:& tanti viri interitum deplorabat:haud tñ
vt quidā in aduerſis conſueuere perterrebatur. Interea tñ apud ex
ercitum qui circa ſe erat pro re ſubita & clade accepta:animi con=
ſternatione perculſum:qualem eſſet habiturus orationē non ig= Narſetis
norabat:vt ad bene ſperandū hūc reuocaret: & formidine captis induſtria.
iam mederetur. Erat nimirū Narſes ſui admodū compos: indu=
ſtriaq; pollebat ac factis:& incidēti fortunę aptare ſe percallebat
tametſi non magnā haberet litterarū peritiā nec eloquentię ſtudu
iſſet:ſed naturæ dexteritate in his tam clarus euaſerat:vt vel cōfir=
mare cum ratione ſat poſſet:quę in conſultationē veniſſent. & ſi
apud principes fuiſſet ꝑ delitias enutritus: Erat aūt ſtatura is cor Statura
poris breui exiliq;. Sed alioquin eam fuerat ſtrenuitatē & in re= Narſetis.
bus gerendis magnitudinem animi iam cōſecutus vt credi vix poſ
ſet:vnde ſat liquet cui animus inſit liber ac ſtrenuus:nil ꝓrſus im=
pedimento fore: quominus quauis in re plurimū valeat: Narſes
igitur vbi in mediū prodijt ad milites verba iſtiuſmodi fecit. Exiſti Orō Nar
mo equidem qui quotidie hoſtes vincere conſueuerunt: & conti= ſetis ad
nenter res proſperas experiri:ſiquid forte vel ad breue pręter vo= Milites.
ta acciderit: dempturū extemplo id ei ex re pręterita & bene geſta
lęticiam:& ſpem oēm hebetaturū. Enim vero decere ſapientes nil
ambigo: ne cum fortuna ſimul ſecundis in rebus ſe efferant. ſed
quemadmodū facile pręſentia hęc immutantur: ita & animū ad
varios velim hi pręparent caſus:nam his quidem qui hoc pacto ſe
habent ſuauiſſima apparebit fœlicitas:non tñ moleſtū ſi qua in re
pręter eorū ſententiam vtcunq; fallantur:Nunc vero o Viri ani=
maduerto vos longe plus angi quā recens hic exigat caſus:& con=

ſtat id plane non aliunde vos pati: niſi ex nimia gloria & vincendi
cõſuetudine: tum quia in animũ induxiſtis nulla in re aut falli aut
peccare vos poſſe: quod ſi opinione hac ipſa depoſita rem geſtam
dumtaxat ſpectabitis: haud quaquã id tam graue videbitur: ac ip
ſi vos fruſtra exiſtimatis. Nam ſi Fulcaris prefectus vt Barbarus
petulanter & temere in tantas ſe hoſtium copias periclitando in=
geſſit: profecto iam habet quę ſe vt ſequerentur par erat: haud tñ
vobis iccirco vel pręſentia negligenda hec ſunt: vel impoſterum
quę pręcognita ſunt differenda. Nam ſi Gotthi vel eorũ gente de
perdita qui reliqui ſunt belli ſocios ſibi aſciſcunt: & maiores ex=
citant nobis labores: nec tñ prorſus in aduerſis deſperant Turpe
proculdubio fuerit ſi hac ſola de cauſa victos nos eſſe duxerimus
quia non ipſi ſtrenue vicimus: & hoc pacto pręteritarũ rerũ glo=
riam negligamus: animi amiſſa iam promptitudine: cũ deceat po
tius pro re male geſta vt alacritate afficiamur: in ea nãq; fuiſſe re
or fœlicitatis magnitudinẽ caſtigatã: noſq; hoc pacto inuidiam
declinaſſe: atq; adeo vt de cętero liceat aĩo eſſe fidentiore: ex ea ia=
ctura: iterato nos poſſe & detrimentũ ſarcire: & certamina vince=
re. Nam & ſi hoſtes multitudinẽ iactent: ordine tñ & prouiden=
tia: ſi modo ſapimus ſuperaturi hos ſumus: eſt nãq; cum adue=
nis nobis ſuſceptum certamen: & cũ his quidem qui in aliena ne=
ceſſarijs indigent: cum alias ipſi nos oĩbus abundemus: quando=
quidem & pręſidia multa & ciuitates ſecuritatẽ nobis: ſi neceſſi=
tas cogat: pręſtabunt: cũ illis nulla ſint vſpiam ad receptum loca.
Quinetiam oĩa nobis veri dei cultoribus pro ęquitate pro patria
pro liberis & propinquis pugnãtibus pręſidio erunt. Cum illi ali
ena depopulentur. Fit itaq; vt abſurdius videatur: ſi nõ vnde qua
q; q̄ optime ſperandum duxeritis: ne dicam timore percelli quoq;
pacto vos poſſe. Nunc vero Lucenſibus iſtis ne reſpirandi quidẽ
locum obſidendo iã demus: ad belliq; finem ſe quiſq; veſtrũ eni/
xe & promptius paret. His Narſes dictis & exercitũ ad meliora
ſperandũ erexit. & Lucenſes acrius obſidione vrgebat: illis vero
quos emiſſis iam pręfecerat copijs ſuccenſebat: quia locis opor=
tunioribus derelictis Fauentiã pauloante ſe recepiſſent: & res ali
ter longe procederent: atq; ipſe pro eius prouidentia iniunxiſſet.
Si quidem circa Parmã pręſidij & obicis loco ſtatuendas eſſe co=

Narſes lu cẽſes acri⁹ obſidet.

Narſes ęgre fere= bat ro. ex ercitũ par mã deſe= ruiſſe.

pias illas rebatur: quę hoſtes ne vltra progrederentur artius coer
cerent: vt ipſe paulopoſt in thuſcia recte oĩbus conſtitutis aduer=
ſus eos cõfeſtim ductaret. Nunc vero relinquebatur Romani vt
milites qui circa Narſetem tunc erant Lucenſi ommiſſa obſidiõe:
& procul ab hoſtibus abſcedendo oĩm primi Francis obuiã irent
vnde cum haud quaq̃ ferendũ id Narſes cenſeret: extemplo ad
prefectos peridoneũ virum legauit: cui Stephanus nomen erat:
ex Epidamno ortum caſtello illyrico: vt hos caſtigando timoris
& fugę inſimularet: & plane argueret deprehenſos hos eſſe: rem
publicã prodidiſſe: ni iterato quę dimiſiſſent loca repeterent. Tũ
Stephanus equitibus ducentis: & bellicoſiſſimis ſecum deductis
apprimeq; armis inſtructis: concitatiſſime iter aggreſſus eſt: ſed
multo cum labore vigilijſq;: cautior illa profectio erat. Franci ni
mirum cum exercitus parte per proximos campos: vt pabuli: ita
& prędę gratia vagabantur: quã ex agris auehere͂t. Vnde Roma
ni noctu potius q̃ interdiu acie inſtructa progrediebantur: exau
diebatur itaq; agreſtiũ eiulatus: & abactorũ mugitus boum: ſo=
nituſq; precisę materię: & fragores huiuſmodi aures circum ſo=
nabant: ita vix tandem Fauentiã ad exercitũ equites peruenerunt
Legatus vero vbi in cõſpectu aſtitit prefectoꝝ. Quod malum in
quit vos cœpit o viri: vbi nam rerũ quondam geſtarũ nũc gloria:
& tantorũ tropheorum cõmemoratio? Quo nam pacto Lucen=
ſes cœperit Narſes: & quę infra Alpes ſunt oĩa eſt ſubacturus: ſi
vos hoſtibus tranſitũ perinde confederati dederitis hoſq; ſiueritis
pro arbitrio quo velint abſcedere. Sed ipſe equidem nil prorſus
quod vos vrgeat malũ dicturus: in pręſentia fuerim: erit forte q
dicat mollitiem rem iſtam p̃ferre & eoꝝ ignauiam q rempublicã
iuuent. Sed vnũ illud vos monitos velim: niſi q̃ primũ redeundo
Parmam vos contuleritis haud quaq̃ ſuccenſere vobis: nec iniu=
ria deſiturus eſt Narſes: pro futurorũ euentu veſtram inertiam
cauſando: ſiquid forte inferatur hoſtile: cauendum preterea ne &
vos oderit imperator: his auditis pręfecti nõ neſcij Narſetis hęc
eſſe mandata: nec quicq̃ haberent quo iniuſtius ſe inſimulari ar=
guerent: argumenta quędam & cauſas pręferebant: vt coactũ ne=
ceſſitate diſceſſerint: p̃inde nõ potuiſſent ex circũiectis Parmę op
pidulis tñ cõmeatus habere quod ſatis exercitibus eſſet. Nec An

Narſes le gatum ad exercitũ mittit Stephanũ Epidãni enſem.

Oratio Stephani ac milites

Excuſatio exercitus

tiochum ſibi eparchum in tpe affuiſſe: cui ea cura demandabatur. Quinetiam nec pecuniã in ſtipendium conſuetũ ſibi depenſam fuiſſe. Tum Stephanus celerrime Rauennã ſe conferens: & eparchũ ad prefectos perduxit: & ambiguis oı̃bus quoad licuit iam medicatis: his perſuaſit vt Parmã repeterent: eodemq; vt ſtationem haberent. His oı̃bus breui peractis Lucam reuertit. Narſetemq; iuſſit bono animo eſſe: & promptiore rem exequi: vt minus verendum hoſtes ſibi impedimento fore: Sed eorũ coerceri iam impetus: Romanis exercitibus his oportune inſtãtibus. Narſes igit cũ haud quaq; ferendũ eſſe iam duceret: quod Lucenſes obſeſſi remiſſius: tamdiu ſibi repugnãdo obſtiterint: mœnibus ipſis admouit exercitũ: iamq; & machinationes tormentaq; ad diruendã vrbem muris applicabantur. Ad locaq; eminentiora cũ igne emittebantur ſagitte: ſimulq; q in turribus cõparebant feriebantur: ſubruebãtq; nõnulla in parte & mœnia: atq; adeo vt queuis ſpecies mali Vrbem iam circũſiſteret. Tunc qui prius obſides fuerant: oblata occaſione Romanã rem enixe ciuibus optime conſulendo iuuabant: & quantum in eis erat ciuitas ad deditionem mox inclinaſſet: ni Francorũ legati qui intus conſtituti ad vrbis cuſtodiam fuerant: mox obſtitiſſent: & q acerrime alios ad prelium cõcitaſſent: armiſq; propulſaſſent obſidionẽ. Vnde extemplo factũ: vt apertis & diſpatentibus portis eruptione repetius facta: impreſſionem in Romanos hi facerent: hac via exiſtimantes ſe fore ſuperiores. Sed parum hoſtibus obfuerunt: ſibi vero q maxime. Nã plerıq; Lucenſiũ his plane confiſi: que in Vrbe iam gererentur vltro preliabantur. Verum vbi ſepe iã temptata fortuna ſpes nulla procederet. Sed ſuorũ iacturam maximã facerent: turpiterq; & per ignauiam fugam capeſſerent: & intra Vrbem ſepe reiecti ita coercerentur: vt nulla his eſſet de cætero in hoſtem prodeundi facultas: Tunc vniuerſi quandoquidẽ alia nulla iam eſſet ad ſalutem via: compulſi ad pacem animũ induxerunt: Ita demũ a Narſete fide accepta: vt ſibi pro preteritis factis nil ſuccenſeret: ciuitate tradita libenter exercitũ intra mœnia exceperunt: tertiũ iam menſem obſeſſi ſic iterato Lucenſes Romanorum in ditionẽ venere: Narſes vero poſt eam Luce obſidionẽ quãdoquidem nec hoſtile aliquid reliquũ eſſet ibidem moram vt diutius traheret neceſſa

Exercitus Ro. Parmã reuertitur.

Oppugnatio Luce.

Lucenſes eruptionẽ faciunt.

Lucenſes narſeti deduntur.

tium fore nil ratus: tandiu immorandũ cenſebat: quoad reſpirare milites a laboribus ſineret: relicto itaq; ibi Bono / id illi erat nomẽ / prefecto ex miſia oriundo: ad Iſtrum flumen apposita / viro ſane qui & mirifice ſaperet ac domi foriſq; maximũ in modũ valebat: traditaq; ei magna militũ copia: qua hos facile poſſet: ſi quã forte rem innouarent: & vincere & cohibere: Hiſq; ſic conſtitutis: recta ire Rauennã pergit / ibiq; exercitũ in hibernis dimiſit: Nam cum autũni finis adeſſet & tempus iã in hyemem vergeret: haud quaq; per id tempeſtatis belligerandũ eſſe Narſeti eſt viſum / Idq; Francis quibus eſtus infenſior eſt: & moleſtie plurimũ affert: q maxime conduxiſſet: vt qui haud quaq; volentes p eſtatem ineunt pugnam: ſed in ipſis algoribus dum maxime rigẽt: validiſſimi fiunt & labores perlibenter inſumunt: Sunt enim frigoribus aſſueti vt qui gelidã ſint patriam nacti: & algere perinde his ingenitum eſt: Hiſce de cauſis Narſes rem extrahere nitebatur & ad Neota oppidum bellum transferre: vnde cũ Centurionibus tribuniſq; militũ: partito exercitu circa finitima caſtella & loca ſic hibernare iniunxit vt veris principio ſtatim Romam oẽs aduentando ſe cogerent, vt inde cũ vniuerſis copijs ductarẽtur / his illi iuſſis in hiberna iam abſceſſere: Narſes vero ſe Rauennã recipiens familiares & Satellites priuatos quoſdam ſecum reduxit: & alios nõnullos qui ſibi in magiſtratu famularentur: nec ſecus & qui eius dignitatem cure haberent: ne pro arbitrio ſe adeundi poteſtas oĩbus fieret: Hunc præterea Zandilas præfectus eorum qui domi nutriebantur & domeſtici ceteri ſunt cõſecuti: Eunuchiq; item cubiculares: hoc trecentorꝫ is hoĩm comitatu Rauennam peruenit: Interea vero Fredigerni filius Aligernus Teie Germanus frater: cuius & ſupra in Cumarũ obſidione meminimus: vbi Franci iã in Italiam aduenĩſſent Gothiq; oẽs ad eos tranſirent, Solus viſus eſt noſſe quod ſibi in rem fore exiſtimaſſet & contemplatus futura deq; preſentibus conſultando ad eam peruenit cognitionem vt ſatis iam animo preuideret Francos ſub noĩs pretextu decenti quodam & ſimulatione ineunde cũ Gothis ſocietatis perinde ac ſi acciti veniſſent & aliud ſibi vellent ac pre ſe ferrẽt nec fore omnino vel Romanis deuictis vt hi Italia: Gothis decedant: ſed hos potius quibus verbo non re ſuppetias ferre venerint: cõfeſtim vt

Bonus luce pficit.

Narſes apud rauẽnã hiemauit.

Frãci melius p hyemẽ quã p eſtatẽ labores bellicos tolerant.

Narſes rauenne.

Aligerni cogitationes,

ſubigant & cũ imperio ſimul ſublatis prorſus patrijs legſbus: his

Cõſilium Aligerni dedẽdi ſe & cumas Ro.

ipſis vt Francos pręficiant: hęc igitur Aligernus cum animo fre-
quenter verſaret: obſidioneq; ſimul cohercceretur. Fore id longe ſa-
tius iudicauit: Narſeti vt oppidum cũ pecunijs traderet ac de cęte-
ro Romanis vt viueret moribus ab omniq; diſcrimine & Barba-
rico cultu procul abeſſet: par nãq; fore cenſebat non amplius Ita-
lia Gotthos potiri: ſed veteres vt eam habitatores & priſtini du-
ces recuperarent: vt terrę aſſueti & geniti: & ſuis nõ perpetuo re-
bus fraudarentur: hęc ipſe de ſe exequi & priuatim decernit: vt cę-
teris ſuę gentis exemplo foret: Vnde obſidentibus Romanis ſi-
gnificauit ſe velle ſi eorũ permiſſu liceat: pręfectũ mox conueni-

Aligern⁹ ad Narſetẽ venit.

re permiſſus ille ad claſſes caſtellum in Rauẽnate agro ſitum vbi
Narſetem morari didicerat: venit: ibiq; vbi corã aſtitiſſet pręſidij
claues illi in manus tradit: proq; ſua virili beniuole miniſtraturũ
ei de ſe oĩa nauaturũq; opam pollicetur. Tũ Narſes aduenientẽ
benigne ſuſcepit: & maioribus bonis id ſe beneficij cõpenſaturum

Cumę dedunt narſeti.

aſſeuerabat deinde eam exercitus partem quę Cumas obſederat
inire pręſidiũ iuſſit cum eaq; ſimul vt pecuniam oẽm reciperẽt:
in tutoq; oĩa conſeruarẽt: quod reliquũ eius exercitus fuit ſecede-
re in alia caſtella iniunxit ibidemq; hibernare: Sic Narſes egregie
rem oẽm ad id tp̃s confecit. Verum cum Herulorꝫ iam copię ite-

Diſſidiũ herulorũ in creãdo duce.

rato fuiſſent ſuo duce orbatę / Duo qdem inter hos erant viri inſi-
gnes: quorꝫ ſtudio diuerſim plebs ipſa detinebatur: Interſciſſa tñ
ſententijs rem in dubiũ euocabat: nam pars altera Aruth maximi

Oſindual herulis p̃ficitur.

faciebat: & oĩa ſibi proceſſura in melius arbitrabatur ſi ad hunc
eſſet pręfectura delata. Alteri vero placebat Oſindual vt ſtrenuus
factiſq; clarus: Hunc Narſes aſſentiendo Herulis p̃fecit: emiſitq;
vbi cõmodius hibernaret / Aligernũ vero ad Caſſiam Vrbem ire
iuſſit monitũ vt vbi eo ſe cõtuliſſet murum cõſcenderet illiq; ſic
aperte incũberet: vt qs eſſet ab oĩbus facile noſcitaretur. Hęc autẽ
illi iccirco mandauerat: vt Franci: Nã ea erant ꝑtranſituri: eũ vi-

narſes curat vt innoteſcat frãcis deditio Cumarum.

derent: q ſponte ad ſe conceſſiſſet deſperarent que per Cumas ſe
iter facturos vel pecunias habituros eodem recõditas vel forte vt
de ſũma belli: opportunis iam locis oĩbus p̃occupatis: nihil his eſ-
ſet in poſterũ ſpei / At Algernus vbi Francos illac tranſeuntes ex
eminẽti vidiſſet: irridere hos ſimul & increpare: fruſtra ſe tandem

& tam ſero veniſſe: & rebus pfectis quandoquidē Gotthorum opes cū ducibus ipſis Romani ſibi iā vendicarint: ita vt ſiquis in= ter Gotthos compeat impator neminē habeat cui vel cognitus vel honoratior ſit: ſed militarē is vt induat veſtem ſit oīno futurum & ex habitu ipſo priuatus vt viuat/ Tū Franci hunc probris affi= cere & inceſſere contumelijs ſuę q; gentis proditorē identidem nū cupare: vnde factū eſt vt pro præſentium rerū conditione in am= biguo his animus verſaretur atq; adeo vt vtrū bellum gerendū eſ ſet inter ſe conſultarent: vicit tn̄ ea ſententia ne cœptę iam rei hos pœniteret: ſed ad ea quę aggreſſi iam eſſent ꝓgrederent̄. Narſes vero dum hęc agerent̄: Rauennę cū eſſet ibidem q; cū manētibus copijs verſaretur: ſuo ex ordine oībus cōſtitutis ſe ariminū con= tulit: deducto quem ſecum habuerat comitatu: Vacarus interim Barnus genere pauloante e vita exceſſerat. Vir ſane grauis & belli coſus: Huius Theudiualdus filius cū Burnis ſuis ſequacibus Im peratori Romano ſtatim acceſſit: Arimini aderat: vt Narſetem iā cōuenturus: cuius gratia eo cōtenderat: itaq; auro donatis libera= liter oībus firmiſſimā cū Romanis iniuit ſocietatē. Cū itaq; hæc Theudiualdus ageret Francoꝝ milites ad duo milia peditū equi= tibus intermixti qui pręda tū in agrum Ariminēſem aduenerant: a ſuis pfectis dimiſſi cū ciuitati appropinquaſſent agro depopu= lato Arantiū Boum pdam agebāt: inpudenterq; oīa puaſtabāt/ Quę Narſes vbi ex ędito ędificij loco ſpectaſſet: vnde in campum erat pſpectus: indecoꝝ eſſe ex malis pn̄tibus iudicauit nō ſtatim vim & iniuriā vindicare: itaq; equo inſcenſo ductu pfacili ſupbio req; qui nō modo agilius proſilire & deſaltare nō indecēter ſed incurſiones inſup facere & media in acie apte verſari expientia & exercitatione pdidiciſſet/ iuſſiſq; oībus q non oīno certaminis eſ ſent ignari cōfeſtim ſe ſequi: vrbem egredit̄: in hoſteſq; ducit: tū illi mox equis inſcēſis/ erant enim viri trecenti/ decē vna ſequeban tur & curſu citato recta hoſtes petebāt. Tum hi cū in ſe iri vidiſ= ſent nō diſpſi vt prius populabant̄: neq; enim hos pdæ duxerim oportunos equites quippe ac pedites in vnū protinus coiere & ſe in Phalangē coegerāt haud tn̄ hanc denſiorē: qui enim fieri id po= terat: cū pręda tū non multi prodiſſent: ſed validā alioquin: qa cōi defenſione & coeūtibus cornibus ex ordine ſe tuebant̄. Romani vero vbi ad ſagittę iactū ad hoſtes veniſſēt: cū his tā bn̄ inſtructis:

Franciali gernū cō= tumelijs ī ceſſunt.

narſes ari minū mo uet.

Theudi= uald⁹ bur orū dux Ad narſe= tē venit.

Franci cir ca Arimi= nū popu= lāt agros.

Equi ele= gantis de= ſcriptio.

Romani frãcos populatores ſagittis inſequuntur

manus cõſerere & p̄liari haudquaq̃ in rẽ fore duxerũt: ſagittan
do tñ & iaculãdo q primi bellãdo ſtarent fallere ꝑtentabant: & a
frõte dẽſitatẽ ꝑrumpe: ſed illi ſcutis optie cõmuniti ſtabiles ꝑma
nebãt & plane immoti: aciẽq̃ tã bene denſatã nuſpiã auellebãt &
eo minus quo & ſpiſſiorẽ ſiluam tũc nacti: ꝓ munitiõe arbori-
bus vterẽtur iãq̃ telorũ iaculatione ſe tuebant̃: verũ vbi nihil in-
ferri iacturę his poterat: oĩbus Narſes aĩo agitatis: belligerãdi ge

Genus pugnę nouũ

nus quoddã & Barbarꝝ excogitandũ machinabat̃. Vnnorũ genti
bus primũ tũc adinuentũ iuſſit nãque q circa ſe eſſẽt vt hoſtibus
terga dando quã primũ retro ſe verterẽt tanquã timore in fugam
actos & hoſtes inſuꝑ a ſiluis ad nudos expeditoſq̃ campos quã
poſſẽt longius auocarẽt ſibi vero reliq̃ curę fore: militibus itaq̃
imꝑia exeq̃ndo fugã iã capeſſẽtibus: Frãci hac fuga illuſi & verã
eſſe formidinẽ rati: intrepide Phalange ſoluta: & ſiluis relictis ad
hos inſectãdos enixe incubuere: ac p̄mi q̃dem eq̃tes cucurrerũt:
hos pedites ſeq̃bant̃: q & fortiſſimi eſſent & ꝑniciſſimi: ita vt fu-
gientibus effuſe oẽs inſiſterẽt: ꝑinde Narſetẽ ipm̃ viuũ capturi:
& exiguo cũ labore impoſituri bello optatũ iãdiu finẽ: ſed hi q̃dẽ
militaris diſciplinę: ꝓrſus obliti effuſius & incaute ꝓcedebãt: ala-
cres & bona ſpe freti. Romani vero laxatis habenis Ariminũ ver-
ſus deferebant̃ diceres illos certiore captos formidĩe quadã fugã
iniſſe adeo hi ad verũ q̃ ꝓxime timorẽ diſſimulãt: & vbi nudo in
cãpo erãt iã Barbari diſſipati: & a nemore q̃ lõge diuulſi: tũc Ro
mani Narſetis ſignificatõe & iuſſu: eq̃s cõuerſis: ex aduerſoq̃ ſe-
ſe explicãtes ꝑſequẽtibus hoſtibus: obuiã his in frontẽ eundo ſe
obtulerũt: & oẽs re ſubita cõſternatos inclemẽter vrgebãt: ita vt
q fugere videbant̃ e veſtigio hoſtes inſectarent̃ Barbarorũ igitur

Cędes peditũ francorum.

eq̃tes vbi inſtans ꝑiculum p̄ſenſiſſent celerrimo curſu exercituiq̃
ad ſiluã reducto: ſaluti fuere: pedites tñ relicti fœde & paſſi iã cę
debant̃: atq̃ adeo vt torpẽtes iã redditi ne manus quidã mouerẽt/
erãt nimirꝝ ex ſubita rerũ immutatõe obſtupefacti & q̃ſi ſui nil
cõpotes vnde pecudũ more ꝓſtrati ꝑ campos iacebãt his itaq̃ ſu
pra noningentos iã cęſis cęteri abſceſſere & ad ſuos ſic ſe recepere

Narſes romã cõtendit.

duces vt nõ alias ſibi in tuto fore exiſtimarẽt/a cęteris ſe copijs ab
gregari: Narſes igit̃ Rauennã repetẽs oĩbus ibi egregie diſpoſitis
rebus Romã ſe demũ hyemandi cauſa contulit.

## LIBER SECVNDVS.

militeſ ro mam con ueniunt.

VERE autem iam ineũte vti edictum per Narſetem antea fuerat ad Vrbem Romanã magna vis militum ſe conferebat & nõ parui cogebantur exercitus: quos Narſes magnũ in modum vt in bellicis ſimulachris exercerentur iniunxit: ſic militantium animos aſſidua exercitatione firmabat: Nam &

Militaria exercitia.

decurrere eos cogebat: & in equũ agiliter deſilire: armatoſq; tripudijs agitari: & tuba claſſicũ perſonante obtũdi: ne forte ex longa hibernorũ quiete & ocio/belli prorſus obliti in veris prelijs remolleſcerent: Interea Barbari dum liberius vagarentur: quę in promptu erant populabantur & peruaſtabant: ab Vrbe tñ Roma & locis vrbi proxime circũiectis iter q; longe habentes progrediebantur: ita vt ad dexterã Thyrrenũ mare habe-

Franci in ſãnites ueniunt.

rent: vtrinq; vero ionici ſinus littora protendebantur: Sed vbi in agrum ſamnitẽ venere hinc inde diuiſi ab inuicẽ principes abiere: Bultinus nãq; cum maiori copiarũ parte p thyrrenum littus tendebat & q; multa campanię loca deprędabatur. Nam & Lucanos

Bulcinus & leutharis exercitum diuidunt.

tranſgreſſus eſt: & ad Brutios deinde diuertit: ad fretũ q; demum puenit Quod Siciliam inſulã & Italię dirimit fines: Leuthares vero quod reliquũ erat exercitus ductans apuliã & Calabriã petit: & adusq; Hydruntẽ Vrbem pceſſit: q̃ ſupra littus inſidet adriatici maris: vnde Ionicus incipit ſinus: eo vbi ventum iam eſt Franci oẽs qui locis hiſce ante inſueuiſſent: erga ſacra pietate & reuerẽtia

Francorũ modeſtia

vtebantur. vt qui ad potiores leges tanq; vere fidei cultores cõceſſerant: vt ſupra iã diximus: & haud ſecus: ac Romani ſacrificarẽt Sed Alamanorũ exercitus oĩs nam aliter longe hi ſentiũt ſine vllo

Crudelitas alemanorũ.

delectu & p impietatem tẽpla diripiebãt ſimul & deformabant. Sacraq; ex auro vaſa & ad peragendã rem diuinã parata precioſamq; ceterã ſuppellectilem cũ ſuſtuliſſent in poſſeſſionẽ turpiter vendicabãt. cũq; ea patraſſent nec dum malefactis exaciati vel vrnas ipſas quibus templorũ ſtructores recõdebantur frangebant: euertebantq; pauimẽta. & cruore templa fœdabãt/ pręda q; oĩs conſpurcabãt: cũ mortuos inſepultos diſijcerent: haud tñ diuina.

longe poſt ira quę ob tanta hæc ſcelera inferebat̃: hos pœnis affe
Diuina vindicta.
cit quãdo q̃dem bello partim; partim morbo interiere: ita vt eorũ
nemo quippiam ſit ex priſtina rapiendi ſpe conſecutus / Iniuſticia
nãq; & erga deũ impietes vt fugienda ꝑmaxime ſunt: ita & pro=
deſſe nil poterũt & in ipſo p̃ſertim bello: Nam patrię opem ferre
ac patrias leges tueri: & has deuaſtantibus ſe minus ꝑmittere: ſed
enixius hos impugnare: Æquum ꝓculdubio fuerit & generoſũ:
Qui vero lucri & auaritię gratia odij q; nulla rõne ſubnixi cũ nul
lum criminãdi ius h̃eant. ſi velint in alienã irrumpere: & eos inceſ
ſere: q iniurię nihil intulerint ꝓfecto inſolẽtes hi ſunt & plane in
ſaniunt: neq; q̃d ius faſq; ſit norũt: nec magni id faciunt: ſi malefi/
cis ſit infenſior deus. Quo fit vt acriora his inferant̃ ſupplicia &
ad inſanabilem calamitatẽ quę praue geſſerint / recidãt: & ſi ad bre
ue fœlices exiſtimẽtur: Leuthari itaq; Bultinoq; iſtiuſmodi euene
re. Nam vbi ea tã ſceleſte patrarũt manubiarũq; & p̃dę ingenti ſe
copia obduxere: Et iam veris tp̃s & frumenta in proximo erant:
vt demeterentur matura / Leuthares interea ex ducibus alter aĩo
Leutharis bultinum ad reditũ hortatur.
agitabat ſe domũ recipere. & opibus male partis ingurgitare / vn=
de & eius germanũ fratrem Bultinũ nuntijs miſſis ad cẽlerẽ in pa=
triam reditũ hortabatur abire in rem malã & bella iubens & for=
tunę incertitudines: Bultinus vero cũ iureiurando iam cõfirmaſ=
ſet aduerſus Romanos & pro Gotthis ſe bella geſturũ hiſq; adu
lando Barbarũ permulcerent: ac ſuũ iꝑatorem fore ſe prędica=
rent. Viſum eſt tandem manendũ apud hos potius eſſe: & pagen
da conuenta: vnde apud Gotthos is manſit: & ad bellũ neceſſaria
Bultinus cõſtituit mãere cũ gotthis.
compabat. Leuthares itaq; cũ cęteris circa ſe copijs prędam oẽm
q; primũ deferre ſecũ accelerabat & domũ cõtendere: ſed maxime
is confidebat germanũ ſtatim ad ſe tranſmiſſurũ qui ꝑiclitanti ſi=
bi prędidio forent: verſi tamen nec illi quidẽ quę cogitarat optatũ
ſunt finem ſortita: cũ fratri auxilia mittere Bultino nil placuiſſet:
Reditus leutharis.
leuthari igitur eadem qua venerat via iam redeũti: aduſq; picenũ
agrum nihil hoſtile obuiũ fuit vbi aũt eo peruentum eſt: poſitis cir
Fanum.
ca Fanum oppidũ caſtris: pręmiſſis extemplo: vt antea conſuerat
exploratoribus ad hoĩm tria milia: qui nõ ſolũ quę ante ſe fierẽt
ſpecularentur: ſed ſic vnde etiã hoſtes forſitan comperent cũ his
Vldach.
bellum capeſſerent. Artabanes interea & Vldach. Vnnus qui ad

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Piſaurum iunctis exercitibus ſtationem habebant: & ſaltū inſede rant vbi preuios hoſtium equites cōſpexere in ipſo littore ionici ſi nus iter habentes: ex oppido mox prodeūtes hoſtes inuadūt mul toſq; gladijs cędēdo obtrūcant nōnulli rupe pręcipiti ſuperata de inde in decliue delati in Mare prono capite deſultantes: vorticibus abſorpti moriebātur: Eo nanq; in loco littus aliquāto erigitur/ & tumulū perinde facit: non vndequaq; ſat peruium: nec illi qui ad eius ſūmitatem ꝑuenerit facilē præbet deſcenſum/ lubricū pręte rea: & id quidem abruptū: vt pleraq;: in ponti profunditatem de uergit: ex his itaq; maiori ſuorū parte ammiſſa qui forte ſup fue re: nullo ordine in fugam ſe cōiecerunt: & clamore ingenti & eiu latu: in ſua caſtra trepidi irrūpentes: perturbationis & tumultus ſic oīa complent ac Romani iamiam inſtando in ſe aduentarent: Tum Leutares ipſe ad ineundū prælium excitatus: vniuerſū ex ercitum mouit: atq; ita vt armati oēs in Phalangem inſtruerentur & hanc quidem denſiſſimā & longe protenſam / Cū igitur ita ſe Franci haberent & nihil aliud quod animos faceret tempus affer ret: captiui eorū apud hos magna vis erat cū relicti ſine cuſtodijs eſſent: hoſtiū occupationibus opportune abuſi: q̄ celerrime pote rant ſeſe in fugam dedere: exuuias quaſcūq; his licuit e caſtris di reptas in proxima oppida cōtulerunt: ſed Artabanes Romanoꝝ & Valdach Vnnorū præfecti: cū haudquaquam in hoſtes edu cerent copias nimirū qui nec bello his pares ſe fore exiſtimarēt tū Franci ſoluta iam acie: vbi in caſtra ſe recepe quanta rerū fuiſſent iactura affecti intellexerūt: prius itaq; quā damni aliud quippiā paterentur: Viſum eſt in bonum his conceſſurum ſi celerrime edu cto exercitu vltra progrederentur: Extemplo itaq; iter aggreſſi re licto a dextera ionico ſinu: & littore oī harenoſaq; via iuxta Ap pennini montis radices iter fecere. Sic itaq; in Emyliam proceden tes: vix pado tranſmiſſo: cū ad Venetię loca iam ꝑueniſſent: Cene dam Vrbem ſuę tunc ditionis incoluere: in ea de cætero vt in tuto victuri: angebantur tamen & ꝑquam moleſte ferebāt: quia tanta ex præda haud multū his reliquum eſſet: viſumq; eſt fruſtra tan tos ſubijſſe labores: ſed nō eo tenus proceſſit his infortuniū: nam & paulopoſt peſtilens morbus de repente cū hos inuaſiſſet mul titudinem abſumebat: ita vt partim circūiectorum locorū aerem:

Leutares i hoſtes in cidit.

Francorū cædes.

Captiui francorū prędā abi gunt.

Leutares domū re dit.

Peſtis in francis.

vt noxium cauſarentur: & eius mali originē fuiſſe hunc ducerent
partim etiam vitæ incuſarent mutationē: quandoquidē ex aſſi-
dua belli exercitatione longiſq; itineribus ad ocium & delitias di-
Cā peſti- uertiſſent morbi tamen principiū & calamitatis neceſſitatem nō
lentię. admodū pnoſcebant. Iniuſtitia nanq; & rebus ſacris humaniſq;
legibus illata iniuria exitij cauſa his vt equidē reor fuere cui rei vel
princeps ipſe argumēto ſat fuit quem ex Deo ingeſta ſupplicia di
Vindicta uexabant: quippe qui demens iā factus in apertam eſt rabiem ver
diuina in ſus vt amentes ſolent: & furibundi vertigo pręterea crebrior quę
leuthari. dam eū excepit eiulatuſq; edebat horribiles cernuuſq; nonnunq;
vel vtrūq; in latus ſe proruendo illiſus ſolo volutabatur abundā-
tiq; ſpuma os ipſum proluebatur: tū oculi horribiles viſu inuerſi
q; erant/ & eo iā miſer veſanię venerat: vt vel ꝓpria membra deſę
uiendo guſtaret: brachijs ſiqdem vbi iā mordicus inhęſiſſet: den-
Leutharis tibus carne dilacerata in ferę beſtię morē is veſcebat᷑: defluentem
mors mi- q; lingebat cruorem: ſic demū ſuo exſaciatus: & paulatim deperdi
ſerabilis. tus miſerrime ex humanis exceſſit: cęteri vero paſſim moriebant᷑
nil penitus remittēte malo: quouſq; tandē vniuerſi interiere: quin
etiam vel febre maior pars degrauata mortem obibat: nōnullos
apoplexię morbus acerrimus inuadebat/ alij capitis dolore peri-
bant: & mentis exceſſu quidā. Itaq; dum varie oēs afficerentur in
perniciem morbi ipſi cedebant/ Cū leuthare igitur & cęteris oībus
qui ſe ſequebantur: ſic actum: & hunc ea expeditio habuit finem
Bultini ſuc vnde cū Venetię ſe res ita haberent Bultinus interea alter Franco-
ceſſus. rum pręfectus oppidis caſtelliſq; oībus ad ſiculū vſq; fretum fe-
re deuaſtatis extemplo cāpaniam verſus Vrbemq; Romā redi-
bat/ intellexerat nāq; Narſetem & Imperatoris exercitus eodem iā
cōueniſſe: vnde inerat animo illis in locis nec morā diutius trahere
nec alias diuagari: ſed cum oībus copijs acie decertare & ſūmę re
rum pꝛiculum facere/ quādoquidē ſui exercitus pars nō exigua in
teriret morbo correpta iā enim ęſtas finierat & Autūno mox ſub
eunte Vineę fructibus habundabāt: quos tamen Narſetis milites
cum ſūma rerū his eſſet oīm copia: continentiſſime iā præripue-
rant: Bultini tamen copię oēs: dirreptis Vuis & manu cōpreſſis
noui ſe odoris muſto ingurgitabant: vnde intumefactus his ven-
ter diſrumpebatur: atq; adeo vt e veſtigio interirēt nōnulli qdam

vero morbo vim ſuperarēt: ſed Bultinus ipſe prius quam oēs hic
morbus ꝑuinceret belligerandū eſſe percenſuit: vt cūqꝫ belli futu=
rus eſſet euentus Quocirca cū ſe in campaniā contuliſſet haud lō
ge a Capua caſtrametatus eſt & in ipſa Caſilini fluminis ripa: qđ Caſilinū
ex appenino defluens monte: ꝑ proximos circūagens ſe campos flumē,
in tyrrenū mare defertur: hic itaqꝫ cū locaſſet exercitū: foſſaqꝫ &
vallo firmiſſimo cōmuniſſet/ei loco ſatis fidebat/ab leua nāqꝫ ꝓ
munitione eſſe proximū flumen exiſtimabat: nequis ea ex parte li
bere inſultaret: & /e/ curribus rotas quos ſecū affatim deduxerat
inuicem iunctas: in terrā ad axem vſqꝫ ita defixit vt ſuꝑne ſemicir Bultinus
culus dumtaxat extaret his ille & magna ſtipitum vi exercitu com caſtra ad
munito: exitū quendam nō ſatis amplū nec vallo obductū reliq̄t caſilinum
vt ea facile ire dū vellent ſui in hoſtem poſſent incurſus recurſuſ/ metat,
qꝫ facere / quin etiā ne ſupra flumen pons ſibi incuſtoditus relin=
queretur ne ve ex eo iacturā accipet hunc ſtatim pręoccupat: & li
gnea turri deſuꝑ ſtructa in ea viros imponit vt pugnaciſſimos /
ita & armis optime cōmunitos/cū vt e tecto pręliarent: tū vt ho=
ſtes tranſitu prohiberent ſi tranſire forſitan ꝑtentaſſent: his itaqꝫ
ſingulis hoc pacto diſpoſitis viſum eſt: opportune ſe oīa prępa=
raſſe: ita vt vel dormienti ſibi liceret iam bellū inferre: nec quoq̄ꝫ
pacto ſibi id contra poſſe inuito inferri: quę aūt fratri apud Ve=
netiam accidiſſent nondū intellexerat: admiratione tn̄ capiebatur:
cur ſibi vti inter ſe forte cōuenerant nondū ille miſiſſet exercitum
nec deerat q̄n in ſuſpicionē venirēt haudquaq̄ꝫ eū morę id tādiu
traxiſſe niſi aliqua ſibi & grauia occurriſſent. Sed alioq̄n vel ſine
fratris pręſidio ſuperaturū ſe hoſtes ſperabat vt q̄ maiores q̄ꝫ illi
haberet apud ſe copias nimirū quod reliquū ſibi exercitus fuit ad
triginta milia viroꝝ fortiū accedebat: Cū Romanis vix duo de vi Exercitus
ginti milia eſſent/Vnde q̄ꝫ maxime cōfidebat ſe rem bene geſturū Bultini.
itaqꝫ vniuerſum exercitū pro imꝑio hortabatur: vt ſcirent nō ꝑuis
de rebus p̄ſens id fore certamen: nā aut Italiā poſſeſſuri in q̄t nos
ſumus: cuius rei huc gr̄a venimus/vel plane id relinquetur vt oēs
hic ꝑ ignauiam moriamur/Quocirca o viri fortiſſimi illud poti= Bultinus
us q̄ꝫ hoc velle debemus: cū ſatis cōſtet ſi bello boni futuri ſumus ſuos hor=
ea nos conſeq̄ poſſe quę diu optauimus. Bultinus itaqꝫ his multi tat̄ ad for
tudinem cōmonefacere nihil intermittebat/Milites vero vt ſpei iā titer pug=
nandū.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

pleni confirmabantur & vtcūq; viſum arma parabant ſi quidem alibi ſecures acuebantur: hic patria tela quę illi angonas dicūt: illic vero ſcuta refracta ſarciebantur/ & facile expediebātur eiuſmodi cætera. Huic nationi tēpuis eſt & neglectior armatura: & quę non varia ad ornatū indigeat opificū arte: niſi eorū q ea vtuntur: ſi quid forte vt fit corrūpatur nō enim thoraces hi vel ocreas norunt: plęriſq; in bello detecta ſunt capita ꝑpauci caſſi deopti: armis decernūt: ſed pectore nudato & tergis ad infimos renes/ amiculo ꝑterea lineo partim: partim/e/corio ſuccincti: & tibias cōtegunt: equis haud quaq; vtūtur ꝑter paucos admodū: vt q patrio more pedeſtri in pugna coaluerūt itaq; exerciti egregie ſunt: enſis a femore leuo/ex latere ſcutum dependet/arcus funda & tormenta eiuſmodi cętera tela ſaxa ve torquentia inſueta his ſunt: ſed dolabra ſecureſue ancipites geſtant & breuia pro patria cōſuetudine tela quę ipſi Anconas: vt dicimus vocitant & qbus res magnas cū opus eſt gerunt/ac tunc pręſertim cum pede collato decertant/ aut in hoſtem incurrūt: huius teli pars maior ferro obducta eſt: ita vt ex haſta parū aliquid pręter capulum totū vix proferatur: in ſuperiori aūt parte circa ferri aciem ipſā: recuruę extant vtrinq; tanq; hami: laminulę quędam coarcuatę peracutęq; & ad ipſius teli partem inferiorem deuergunt: id teli genus in ipſo congreſſu emittūt: ita vt ſi altius forte inhęſerit corpi ſubeat mox vti par eſt: & acies ipſa: hamata: vnde nec qui vulnus exceperit: nec alius quiſpiam queat: id telum auellere: vrget nāq; recurua acies illa Ceruice latius: hęrens doloreſq; affert acerbiores: atq; adeo vt ſi nō alias hoſtis lętali ſit vulnere ictus: ex eo tamen emoritur quod ſi inpactum clipeo telū id fuerit ex eo mox pendulū hęret & circunfert: per ſolumq; trahitur: vnde ea eſt Francoꝝ cōſuetudo: vt vbi affixum ſcuto telum id viderint impetu facto ac pede capulo conculcato hoſtis ſcutū vmbone quaſſatū ꝓfringant quo fit vt & geſtātis manu depreſſa: caput illi nudetur: & pectus: hoc pacto hoſtē quis nactus nullā parte munitū ſiue frontem ſecuri ꝑcutiat: ſiue gulam ferro traijciat cōfeſtim obtruncat: Iſtiuſmodi igitur Francis ſunt arma & in pręlium ituri hoc ſe armatu cōmuniebāt: Narſes vero Romanorū pręfectus vbi Francorū in ſe aduentare exercitum cōperit extemplo oībus ęductis ex Vrbe copijs tam longe

*Arma frācorum.*

*Narſes e diuerſo caſtra locat*

ab hoſtibus caſtra locat: vt & audire ſtrepitū poſſet & vallum ꝓ
ſpicere. Sic itaqꝫ duo exercitus cū ad inuicem in cōſpectū veniſſēt
dum interea acies vtrinqꝫ inſtruerēt & locarentur p̄ſidia vigiliꝗꝫ
frequentes iā fierent ac duces ſpectando copias circūirent: ſpes q=
dem & timor mutuus erat & affectus huiuſmodi cęteri qbus af
fici ſolent qui magnis de rebus cōtendūt: viciſſim hos inuadebāt:
nec ſecus & Italię oppida vniuerſa ſuſpenſa qdem & nutātia erāt
& ad quoſnam accederent dubia Franci interea ꝓximos vicos de
populati neceſſaria aptius inportabāt: Quod Narſes vbi primū
aduertit: ſibi qdem ſi id pateretur indecoꝝ fore arbitrabaẗ & ali=
as aīo haud ſatis ęquo ferebat: ſi aduerſus onera geſtantes exeun
dum iā eſſet q tam libere & ꝗ ꝓxime vagarenẗ: ꝑinde ac in paca
ta hoſtile nihil ſpectarēt: itaqꝫ viſum eſt tn̄ haud quaꝗ de cætero
tantū his licentię ꝑmittendū ſed inhibendos enixius eſſe Charan=
ges vir qdam Armenius erat: vt corpore validiſſimus: ita & pru= Charāges armenius
dentia: mirifice p̄ditus: & cū res poſceret: adire ꝑicula aſſuetus hu
ic itaqꝫ fuerat / nāqꝫ in vltimis caſtris hoſtibus imminēs ex aduer=
ſo locatus / iniunxit Narſes vt in eos q vehicula ducerēt cōfeſtim Narſes p̄
irrumpet: & quācunqꝫ his poſſet iacturā inferret ne vltra hi aude liū inſtru=
rent Pabula tā licenter inuehere: At Charanges equo inſcenſo cū it.
paucis ſuę turmę militibus carpēta partim hoſtibus demit ducto
res partim obtrūcat. Vnū forte arido & ſiluestri onuſtū fœno ad
turrim ꝗ Frāci ſupra pontē & ligneā fabricarāt ꝗ ꝓxīe applicat
& igne immiſſo flāmaqꝫ ingēti ocyus excitata: machina oīs illa cō turris frā=
tabulata corripitur. Tunc Barbari qui in eo fuerant præſidio col coꝝ cōbu
locati cū ſe ac turrim tueri nil poſſent relinquere locū decernūt: & ritur.
vix cū ſe ex alto præcipitaſſent ad Francoꝝ exercitū fuga ſe rece=
perunt & Romani ponte / e / veſtigio potiunẗ: his igitur ita pactis
Franci ꝗ primū vti par erat turbati: tumultus & trepidationis oīa Ro. pōte
complent frementeſqꝫ ac ira ſucceſſi & rabidi ad arma capeſſenda potiuntur
procedunt: ita vt animū cōtinere nil poſſent: ſed p̄termodum oīa
auderēt: & ea cōfidentia eſſent: vt nec quieſcendū ſibi amplius eſ=
ſe cenſerent nec belli tēpus aliud expectandū ſed die eadem in aciē Franci ſe
prodeundū: tametſi his Alemanicę vates prædixerant: ne eo die ad pugnā
bellum ſuſciperent ꝙ ſi feciſſent ſcirent ſe oēs ad internicionē inte= accingūt.
rituros: ipſe vero nil ambigo: ſiue in alterū diem: ſiue in aliū item Vates fœ minę.

atq; alium vt cũq; fuiſſet prælio decertatũ: eundẽ euentũ hos habituros fuiſſe q & tunc fuit. Nõ enim diei hæc immutatio his ſatis fuiſſet; ne impietatis & ſcelerũ luerent pœnas: ſiue igitur ob eorum facinora: id ita euenerit: ſiue pro ſuarũ vatũ oraculo prædicentium vtcũq; futura: haud tamen vel vanũ fuiſſe: id vaticiniũ: vel nõ finem ſortitũ: vt multis iam viſum fuerat: ſat cõſtat: Nunc vero quẽadmodũ res geſta hæc ſit ad verũ iam explicemus. Franci cũ eo animi impetu eſſent & iã arma tractarent Narſes armari ſuos mox iuſſit & in eũ locum eduxit exercitũ vbi in Phalangem erat hic militem inſtructurus: dũ interea mouetur exercitus: & p̃fectus equum inſcenderet interuenit q nũciaret Herulũ quempiã nec apud ſuos vulgarem: neq; obſcurũ/ ſed clarũ & primariũ virum domeſticũ ſeruum & delinquentẽ miſerrime occidiſſe. Tũc Narſes inhibito frẽnis equo deduci in mediũ iubet q hoĩem occidiſſet p̃inde haud quaq̃ par eſſet prius in p̃lium ire q̃ abolitũ eſſet & expurgatũ ſcelus Eo igitur factũ id percontante: fatebatur Barbarus nec inficias ibat & licere dñis aſſerebat; pro arbitrio ſeruos necare: vt eiuſmodi ſortis & cæteri ſcirent eadem ſe ni ſapiant p̃peſſuros: At Narſes vbi hoĩem vidit cõmiſſi facinoris nil pœnitere: ſed audaciam adhuc prẽ ſe & inſolentiã ferre: & prudentiẽ ſibi nimiũ vendicare: lictoribus iubet in eum iure vt agerẽt & necarent: vnde mox ilia enſe transfoſſus occubuit: Herulorũ tamẽ turma omnis vt Barbara: id ægre factum ferebãt: & acerrime angebatur: Tũ Narſes cædis iam ſcelere expiato & Herulorũ non magna habita ratione: in aciẽ ſtatim proceſſit: ingenti voce id clamitans: quicũq; victoriẽ vult ſe participem fieri: me ſequatur: ea hic erat animi magnitudine atq; adeo diuino p̃ſidio cõfidebat: & ad rem p̃cedebat longe ante præcognitã: Sindual aũt Herulorũ prẽfectus & turpe ſimul: nec plane ingenuũ fore rebaẽ ſi in tanta belli mole: cũ ipſe tum Herulorũ exercitus defectionis & p̃fidiẽ arguerentur: & re q̃dem appareret ſe hoſtes reformidare & alioquin ſub prætextu quodam in mortuũ beniuolentiẽ cõceptam animo formidinẽ occultarent: Igitur cũ non vltra interpoſitã iam morã tuliſſet: Narſeti ſignificauit ſe vt ſtatim cũ exercitu venturũ operiretur: & ſi alias vnq̃ nũc tamen q̃ maxime opem laturũ: Tum ille expectandi tp̃s non eſſe reſpondit; curaturum ſe tñ vt & hi or-

Iuſtitia narſetis.

dine ſuo locent̃: ſi vel paulo ſerius ad ſe aduentarint: Heruli itaq;
armis ꝙ optime cõmuniti & inſtructi ſenſim ꝓgrediebant̃: Nar-
ſes vero vbi ad locũ peruenit quo erat acie decernendũ exercitũ ex
templo in Phalangem inſtruxit: Equites vtrinq; diſpoſiti erãt Po
ſtremi peltati haſtatiq; que gladios præacutos & fariſſas geſtarẽt
Narſes ipſe in dextro cõſtitit cornu: Zandalas deinceps familię & Ordo aciei narſetis
domeſticorũ prefectus nõ tamen imbelliũ hunc ſequebat̃: e duo
bus lateribus: Valeriani & Artabanis milites erant: His imperatũ
in denſiorem ſe ſiluę partẽ occulerent: & vbi in cõgreſſionem ho
ſtes veniſſent de improuiſo aggrederent̃ terrorẽq; illis incuterent Stratagema.
Pedites deinde quicqd erat inter medium loci tenebant. In fronte
præterea principes ſtabant quibus ad bellũ erat cũ Romanis inita
ſocietas thoraces oblongos induti & ſolidiſſimos caſſides capiti
bus geſtantes: poſt hos & alij denſiores ſibi inuicem incũbebant:
ſic ad poſtremos vſq; agmen claudebat̃: Leuis inſuꝑ armaturę
oẽs & ſagittatores poſt hos collocauit: ſagittandi tempus opiens
fuerat Herulis locus in Phalangis medio ſeorſumq; deſtinatus:
Iſq; adhuc vacuus erat: nondũ enim aduenerant: Interea ex Heru
lis duo vbi iam adueniſſent: ſua ſpõte ad hoſtes ſe pauloante con heruli trãſfugę.
tulerant ignari tamen qd poſtea Sindual eorũ ꝑfectus animi eſſet
Francoſq; cõcitarunt vt ꝙ celerrime in Romanos irruerent: fore
nãq; hi affirmauerant vt Romanos turbatos territoſq; & ſine or
dine vllo deprenderent quandoqdem Herulorũ exercitus his me
rito ſuccenſeret: negaretq; pro his ſe bellũ geſturos: vnde & pro
iſtorum defectione cæterã eſſe multitudinẽ territam. Tunc Bulti Cõgreſſ⁹ bultini cũ Romanis
nus his facile ꝑſuaſus: vt qui ita rem fore ꝙ maxime cupiebat cõ
feſtim in hoſtes copias duxit: rectaq; & animi nõ mediocri cũ prõ
ptitudine Barbari & Romanos prodibant nõ quieti neq; ex ordi Forma agminis frãcorum.
ne: ſed pro Herulorꝝ & tranſfugarũ dictis: rapidi & volitantes:
Barbarico cũ vlulatu turbido: qdem & petulanti: perinde clamo
ribus reuolaturi quodcũq; obuium fieret: erat aũt Barbarici ag-
minis ſpecies triangularis: & deltę litterę ſimilis frons ipſa anteri-
or quę in acutũ claudebatur frequens qdem & denſior erat: quia
circũquaq; ſcutis obſtruebat̃: dixeris ſane ſuis hos caput ex ea in-
ſtructi agminis ſerie figuraſſe. Alę aũt vtrinq; per turmas & ag-
mina cõdenſatę & ꝙ maxime introrſus ꝓtenſę placide ab inui-

cem dirimebantur: in progreſſuq; in vaſtam terminabant̃ hę lati-
tudinem ita vt in medio vacuus locus relinqueret̃: e quo terga nu
data ex ordine cõparerent. Nam terga tergis inuicem verterant: vt
facie verſi in hoſtẽ eſſent / e / tutoq; & ſcutis prælatis certarent po
ſteriora vero oppoſita erant: ut ſe acrius tuerent̃. Narſeti vero vt
ꝓſperam fortunam iam nacto: & his quę gerenda eſſent q̃; optĩe
arte & prudentia præparatis: cũcta in rem ſucceſſere: nam poſtq̃;
Barbari cũ clamore ingenti & vlulatu: citatoq; curſu vadentes:
Pugna. impetũ in Romanos fecere extemplo ꝗ in fronte principes erant
circa vacuũ locum Herulis relictũ irruendo mouerunt: mox pri-
mi ex Barbaris agminũ denſitate ꝑfracta: & ſtrage haud ſane ma
gna tunc edita ad poſtremam aciem ꝑuaſerunt: nõnulli etiam im
petu facto hanc ꝑ̄teruecti ꝑtranſierunt: vt Romanũ prorſus ex-
ercitum ſublaturi. Tũc Narſes inflexo ſenſim porrectoq; cornu:
Phalange facta equitibus ſagittarijs iuſſit vtrinq; in hoſtiũ terga
ſagittas immitterent: At illi iuſſa exequebant̃ / ex equis nanq; pedi
tes Barbaros diſtantes diſperſoſq;: & ex edito ferire quam facilli-
me poterant: & cũ non procul ea ex parte hi ab equitibus eſſent ꝗ
tunc extrema tenerent / hoſtes haudquaq̃; longe aſtantes & ea e re
gione qua & ipſi bellarent ſagittis / erat minus difficile ſupare &
Acies frã qui ſe ex aduerſo offerrent ferire: vndequaq; igitur Francis terga
corũ cedit traiciebant̃: cum interea a dextro cornu Romani ex ea regione ho
ſtes vaſtarent: & alios vti ꝗ vtrinq; pugnarent: quo factũ eſt: vt cũ
nõ ex ordine Romani: ſed alterni in hoſtes ferrent̃ & obuiũ quod
cũq; fieret deꝑderent: Barbaros ꝓrſus latere quẽadmodũ ſe tue-
rentur: nec vnde nã ictus excipent ſatis cõſiderarẽt: nam cũ in Ro
manos verſi hi aſtitiſſent & ſibi qſq; dũtaxat intenderet cũ arma-
tiſq; ꝗ in cõſpectu eſſent manus cõſererent ſagittarios equites a
ſe ꝓrſus auerſos inſtructoſq; nõdum cõſpicati q̃nquidem nõ pe
ctore cęderent̃: ſed tergo: quo malorꝫ veniſſent noſſe nil poterãt
tametſi multis vt hoc aĩo agitarent: nec locus ꝗdem daretur: ſub-
ſequente mox vulnus morte nã primis ꝗ in fronte præliarent̃ af-
fatim cadentibus: Alij qui in interiorẽ aciem erant ꝑdibant cunq;
continẽter id fieret: cõſumebant̃ his copię & magna vis hoĩm in
teribat: & ad paucitatẽ redigebant̃: Interea Sindual Heruliq; cũ e
proximo pugnę: interueniſſent: hoſtibus obuiã fiũt qui acie iam

excedebant: cũ his ſtatim vbi ad manus veniſſent: rem enixe gere-
bant: tamen illi re ſubita cõſternati: inſidias veriti: extẽplo in fugã
verſi Herulos tranſfugas proditionis inſimulabant. Sindual ve-
ro agmine toto in hoſtẽ immiſſo: tpis nihil intermittendo tãdiu
fugientibus inſtitit: quoad partim ꝓſtraſſet partim in fluuiũ im- Fuga frã-
pegiſſet: his pactis: vbi in aciem reducti hi cõſtitiſſent: locus ille corum.
& vacuus in phalange relictus oppletᷓ. Franci itaq; ꝑinde retibus
inuoluti: vndiq; cędebantᷓ: nã & ordo ipſe diſſolutus his penitus
erat: & ſe paſſim & temere cõfuſi inuicem adglomerabãt: cũ ſibi
qd agendũ eſſet: vt in re trepida: nil internoſcerẽt/ Tum Romani
non ſolũ hos ſagittis necabãt: ſed vna oẽs qui vel armis cõtegebã-
tur: vel leuioris armaturę milites eſſent acrius his inſiſtebant: iacu
landoq; & ſudes diuerberãdo turbatos inſectabantᷓ: & gladijs ob
truncabant haud ſecus & eqtes: cornu altero facto in mediũ ho-
ſtes excipiebãt: & ſi q forte gladios declinaſſent: præcipites his in
ſectantibus: in flumen deferebantᷓ & gurgitibus hauſti interibãt Bultini &
vnde & barbaroꝝ cõtinens eiulatus vbiq; miſerrime morientiũ Francorũ
audiebatᷓ: demũ & Bultinus ip̃e Francorũ præfectus cũ vniuerſo cædes.
exercitu ad internicionẽ occiſo occumbit ita vt Francorũ nemo ſe
ad proprios lares recepit: præter hoĩes quinq; vtcũq; euaſerint:
inter hos & Heruli duo illi & tranſfugę cecidere: Quo igitur pa-
cto nõ perſpicuũ fuerit luiſſe hos ſcelerũ pœnas: & maiorẽ vim
aliquã hos affeciſſe quãdoquidem infinita illa Francorũ Alema-
norumq; multitudo & cæteri oẽs qui hos conſectati bella geſſe Pauci ro.
runt: ſublati funditus ſint: Romanoꝝ vero octoginta dumtaxat ceciderũt.
deſiderati: qui primã hoſtium impreſſionẽ ſuſceperant: in hoc p̃-
lio egregie ſe geſſere Romani agminis fere omnes: ſed Barbarorũ
qui ſimul belligeraſſent: Aligernus Gotthus q & pugnę interfuit Aligernꝰ
Sindualq; Herulorum præfectus: & his nemini inferior factus & ſindual
Narſetem tamen oẽs laudibus ferre & demirari qđ eius pruden-
tia fuerint ad gloriã ingentem euecti: ipſe vero victoriã tam clarã
& celebrem nõ alteri cuiq; antehac duxerim exercitui cõtigiſſe: & Victoria
ſi quos forte quõdam cõpereris non abſimilem fuiſſe cladem ꝑ- narſetis.
peſſos q̃ & Franci hoc prælio tulerint: ob iniuſticiã tamen inue- Frãcos iu
nies hos interiſſe. Datis olim darij præfectus & Satrapes: vbi cũ ſto dei iu
perſarum exercitu Marathonam ſe cõtuliſſet: euertendã atticam dicio ꝓfli
gatos.

Siſitudo aliarū cladium.

eſſe cenſebat: cum hac ſimul & gręciam vniuerſā: eam eius aduentus quidem nec iuſta: ſed vti apparet. Cū darium totius Aſię non caperet magnitudo: moleſte ferebat niſi & Europam inſup occupaſſet: vnde per miltiadem deuicti cū date ipſo & principe & debellati ſunt medi: fuere nāq; tam multi eo prælio cęſi: vt Athenienſes ferant nōnulli: antequā ad bellum inirent: pro interfectis ho

votū athenienſiū.

ſtibus parem hircorū numerū ſe Dianę immolaturos cōminatos fuiſſe: & in eam neceſſitatē redactos vt deficientibus hircis cū nequirent nō compotes fieri nec promiſſa pſoluere: vel capras inſuper immolarint nec tamen ad numerū has ſuffeciſſe.

Exemplū xerſis.

Xerſes ptērea ille & magnus: cū ſuis mirandis eodem modo deuictus.a. gręcis eſt: ſiue quia inſolens eſſet & nebulo: & ſubacturus venerit: q nil deliquiſſent: multitudini dumtaxat cōfiſus armorūq; apparatibus: rectiore conſilio nō admodū vtebatur. Sed iuſte pieq; Athenienſes fecerunt: qui pro libertate pugnarent: & nihil pro viribus omittendo quę in rem eſſent: & cōſultarent & gererent/

Alia exēpla belli iniuſti.

Lacedæmonijs præterea Gylippi aduerſus Athenienſes trophæa. Niceæq; & Demoſtenis internicionē: & mala cætera quę apud Syracuſas ppeſſi hi fuerant: num ob aliam cauſam facta fuiſſe cōperturus eſt quiſpiam niſi ex temeritate & iniuſtitia: qđ enim ſibi in aliena Athenienſes volebant: qui hoſtibus ommiſſis qui pro foribus eſſent q̄ longiſſime a domo vt ductarent exercitus: & pro Sicilia aſſequenda iactura afficerenē: poſſet quiſpiam & eiuſmodi alias temeritatis & iniuſtitię origines recenſere & quēadmodū hec auctoribus ipſis offecerint plurimū: Sed de his hactenus hoc bello pacto: debellatiſq; Francis cū tempus iā eſſet vt in patriā ſe quiſq; recipet: Romani ſuis qui in bello ceciderāt pro eorū more rituq; ſepultis: lectiſq; ex occiſis hoſtibus ſpolijs facto inſup ingenti armorum cumulo: & eorū pecunia omni auerſa direptiſq; rebus cę

Romanorū lętitia.

teris: ac pręda onuſti: pęana canentes: lęti & alacres coronatiq; ante pfectum ordine incedentes Romā venerunt: poterat circa Capuam quiſq; cāpos ſpectare cruore ac ſanie diutius inundaſſe: & proximū flumen exceſſiſſe iam ripas quia vltra q̄ ferre poſſet hoſtium cadaueribus repleret/ Mihi vero ex incolis qdam nonnulla

epitaphiū francorū.

elegia recitauit in vrnam inſculpta lapideā: ſub caſilini fluminis ripas locatā: quę huiuſmodi ſunt/ Aquas Caſilini fluminis mortu

ìs grauatas ſuſcepit tyrreni maris littus qñ Francorũ gentem occi-
dit Auſonius enſis: vbi miſero hæc geſſit morem Bultino/ fœlix
etiam iſte fluctus: & erit Barbarico pro trophęo diutine eructãs
ſanguinẽ: id epigrãma ſiue in vero lapide fuerit inſculptũ: ſiue ali-
as vtcũq; celebre ſit ad me puenit haud tamen diffido fuiſſe hoc
modo: inſcriptũ: erat nimirũ eorum forte in monumento: nec ſa-
ne ingratum qui in ea congreſſione & bello fuere: Interea Ro-
manis renuntiatur queadmodũ Venetię cum Leuthario ſuiſq;
omnibus actum fuiſſet: vnde cũ ciues ipſi tũ & exercitus tripudia
paſſim & panegyricos ludos prę voluptate agebant: perinde nihil
his eſſet hoſtile de cætero occurſurũ: ſed futurũ vt pacifice in po-
ſterum & per quietem ducerent vitam: qñ quidem vbiq; deperdi-
tis Italię inuaſoribus: minus putarent alios ſe de integro inuaſu-
ros: & vulgo quidem hoc aĩo hi agitabant vt qui vera cõtempla-
ri haud ſat noſſent: ſed delicijs inuoluti ad voluptatem oĩa & pro
arbitrio iudicarent: Narſeti vero ex æquo oĩa meditanti: vt rerũ
imperiti & plane deſipientes hi videbantur: qui nõ vltra neceſſari-
um ducerent alios ſibi ſubeundos eſſe labores: ſed ad vitę mollitiẽ
potius relabendũ: relinquebatur ergo: vt arbitror: ꝓ Vini vt am-
phora: ſcutum & caſſidem darent: adeo hi ſupuacanea & inutilia
in poſterum arma fore rebantur/ Narſes tamen qui decenter cun-
cta calleret: iterato ſibi cum Francis ſuſcipiendũ omnino bellũ ex-
iſtimabat vnde quã maxime verebatur ne Romanorũ ociũ iners
corrũperet animos ita vt ſi rurſum eſſet in aciem prodeundum:
ſegnitie marcentes picula declinarent: quod ſane haud longe poſt
erat futurũ idcirco ſtatim exercitu conuocato ad cõtinentiam &
fortitudinem militũ animos transferendũ: inſolentiãq; immodicã
præcidendã Orationem huiuſmodi præcipuã habuit & elegantẽ
Qui temere & nõ alias quondam fœlicitatis participarũt non in-
decenter hos duxerim ad rerũ imperitiam declinare: inſuetudine-
q; perterreri: & tunc maxime cũ de improuiſo: & præter dignita-
tem ſe aliqd offerat: vos vero o viri q̃ excuſationẽ aut prætextũ
oppoſituri iam eſtis: ſiquis vos forſitan inconſtãtię & leuitatis in-
ſimularit: num illud dicturi quia nunc primũ victoriã deguſtaſtis
nõ antehac vincere aſſueti. Vos tamen Totyllam Teiam que p̃-
fectos: & vniuerſam Gothicã nationem q̃ longiſſime propulſa-

Leutharis exitus Romanis nũciatur.

Exercitus Ro. ſe luxui tradũt

Orõ Narſetis ad victores milites.

ſtis:nunc vero ſupra vires fortunam ꝑiclitamini: Quę nã enim fœ
licitatis magnitudo cũ Romana poterit gloria cõparari: eſt ſane
nobis innatum & patriũ hoſtes continenter peruincere: vincite er-
go & nõ minus ꝙ̃ veſtra ad vincendũ dignitas poſtulat nec præ-
Exercẽdũ ẽe militẽ.
ter decus: rerũ experientiam imminutã præſtare: horũ nanqꝫ vos
decorum participes facti iam eſtis / non ex ocio aut voluptatibus:
ſed labore continuo & ſudore & in adeũdis ꝑiculis ſtudio & ex-
ercitatione. Quocirca inſiſtendũ his erit quibus antea inſueuiſtis:
nec ſolum oportet præſentibus delectari: ſed futura proſpicere:
vt vel ea pari fœlicitate ſequantur: Iſta vero haudquaꝙ̃ cõſiderã
tibus: nec firmior erit rerũ proſperitas: ſed fortuna in contrarium
verſa: vt ſępe alias contigit mox immutabiť: Et Franci ipſi ex his
quę ſunt recens perpeſſi vobis ſint documẽto: q̄bus deuictis non
iniuria vos gloriamini hi nãqꝫ eorũ rebus recte agentibus: in inſo
lentiam verſi: bellũ aduerſum nos ſuſceperunt: cũ nil præuiderent
ꝙ̃ falli ſpes ſolet: ſunt enim ſua potius temeritate ꝙ̃ noſtris armis
deperditi: Indecorũ igitur vos viros Romanos: his ipſis affici ma
lis: q̄bus & Barbari & non magis ſapientia hos ſuperare ꝙ̃ robo
re: nõ enim quis veſtrũ exiſtimet nihil impoſterum hoſtile nos in-
uaſurum. Vniuerſis iam hoſtibus trucidatis: qđ ſane & ſi ita ſe ha
beat haud tamen idcirco mores ſunt immutandi: nec decus priſti-
num omittendũ / accedit etiam quod veſtrę opinioni præſentium
Opes frã- coꝝ & pe ritia mili- taris.
rerum naturã conuenire poſſe cõperturus eſt nemo. Francorum
nanqꝫ id genus: & vi hominũ ingenti habundat: & late diffundiť
in rebuſqꝫ bellicis eſt probe exercitatũ iſtorũ pars quędam & pau
cula: quos vicimus ſunt adeo vt illorũ iactura non iſtos perterre-
at: ſed in iram potius concitarit: vnde haudquaꝙ̃ futurum eſt vt
quieſcant: vel acceptã iniuriam vt tacitã ferant ſed maiores in nos
ducturi ſunt copias: & bellũ haud longe poſt illaturi: Nunc itaqꝫ
ſi id fore videtur reiecta ſecordia ad bella gerenda acrius longe ꝙ̃
antehac animos renouate: & eo magis quo longe maiora ꝙ̃ præ
terita fuerint: futura ſint expectanda: vobis nãqꝫ ita agentibus: ſi
illi ꝙ̃ primũ irruperint paratos aggredientur & eo in ſtatu: vt ad
cogitandũ quę in rem ſint nulla mora indigeatis quod ſi forte ceſ
ſauerint / nã dictum eſſe vtrũqꝫ velim: noſtra ſunt tamen in tuto
mãſura: & ꝙ̃ optime videbimini vobis rebuſqꝫ veſtris cõſuluiſſe

his Narſes Romanos cõmonefecit: cępit mox oẽm exercitũ pu-
dor: furoris priſtini pœnitentẽ: quo factũ eſt: vt negligentia pror
ſus eiecta: & depulſis: quę praue iam ſenſerant ad patrię cõſuetu
dinis decus redierint. Gothorũ aũt agmen ad hoĩm milia ſeptem
bellicoſorũ qui plęriſq; in locis Francos bello adiuuerant cũ Ro-
manos crederẽt haudquaq; ſe miſſos facturos: ſed nõ longe poſt
incurſuros cõfeſtim in capſum oppidũ ſe receperunt: erat ſane va
lidus hic & munitiſſimus locus: vt in edito & præcipiti ſitus: prę
ciſiſq; vndiq; & extãtibus ſaxis protendit̃: ita vt hoſtibus ſit haud
facile peruius: huc Gotthi cũ ſe recepiſſent: in tuto ſe fore rebant̃:
nõ enim his quoq; pacto animo inerat: Romanis ſe dedere/ ſed to
tis viribus impugnare: ſi qui forte cõtra ſe irent: & hos qdem vir
Barbarus cõcitabat: eorũ dux factus Ragnares huic nomẽ: haud
tamen Gotthicę gentis: nimirũ q brito eſſet Vnica natio britones
ſũt: ſed alioquin vir acer is erat vt Vaſer: & vtcũq; vires iã nactus
agmini ꝑerat: renouandi aduerſus Romanos hunc bellũ cupido
inceſſerat vt ex eo celeber fieret: Extemplo itaq; Narſes cũ vniuer
ſo exercitu ad hos oppugnãdum ꝓceſſit cũq; minime poſſet ca-
ſtello ex incurſu appropinquare: & loco nollet difficili bellũ is ge
rere: in obſidionem mox circũſedit: diſpoſitis circũquaq; cuſto-
dijs: ne qd inueheret̃ ne ve quo libitũ eſſet illi abſcederent. Ex his
tamen haud magno afficiebant̃ Barbari detrimento cũ in oppidũ
neceſſaria oĩa & magnã vim pecudũ iam antea importaſſent: ſed
alioquin moleſte ferebãt Romanoꝝ obſidionẽ indecorũq; fore
rebantur ſi morã ibi hi diutius traherent & ipſi in mediocri præſi
dio coercerent̃ eruptiones tamen crebras hi factitabãt: ſi inde poſ
ſent Romanos ꝓpellere: ſed nihil memoratu dignũ geſſere. Inte-
rea tranſacta iam hyeme & vere incipiente: Barbarorũ pręfectus
colloquendũ de præſentibus rebus cũ Narſete neceſſarium duxit
ꝓmiſſum itaq; vt cũ paucis ad deſtinatum colloquio locũ veniret:
vbi eo cõuentũ plęriſq; de rebus diſceptatione iã facta vbi Narſes
iactari iam & inſoleſcere Barbarũ vidit: & magnificis verbis ni-
mium ſua efferre: conuentũ mox ſoluit decætero q; ne ſe adiret
prohibuit illũq; ad ſuos re infecta dimiſit in ſua & priori cõditio
ne manſurũ. Tum Barbarus vbi in collem euaſit: nec longe ab op
pidi muris abeſſet: grauiter ferens quod nihil ſibi pro ſpe ſucceſ-

Romani rurſus ad artẽ mili- tarẽ exer- centur.

Gotthi ſu perſtites

Capſũ op pidũ mu- niunt.

Ragnares dux got- thorũ na- tiõe brito

Britones.

narſes cap ſũ obſidet

Colloqũ narſetis cũ duce Got thorũ.

ſiſſet: ſenſim & clam arcū intendit & in hoſtem verſus ſagittam in Narſetem immiſit: qua alio ſpem pręter delata: & neminē offendente: cōſecuta eſt ſtatim Barbari hoīs neqtiam poena. Si qdem qui circa Narſetem tunc temporis erant ſatellites: illi ob audaciā ira ſuccenſi: euerberatis ſagittis lętali vulnere miſerū affecere quo enim pacto nō erat id perpeſſurus qui tam audax facinus & tam nequiter admiſiſſet: vix itaqꝫ ille in caſtellū per ſuos relatus: & biduo viuens inglorius e vita exceſſit: & hunc Barbarus habuit temeritatis & perfidię exitum: hoc mortuo Gotthi nō enim de cætero ſe obſidionē laturos exiſtimabant: Narſetem precibus fatigarunt vt fide data incolumes ſe abire ꝑmitteret qua re iureiurādo firmata: ſeipſos & oppidum tradidere. Tunc Narſes integros omnes ſeruauit: & quia facturū ſe ita iurauerat: nec ęquum fore decerneret victos crudelius trucidari: ne tamen iterato res innouarent byzantium oēs ad Imꝑatorem tranſmiſit. Dum hæc agerentur. Theodobaldus adoleſcens qui Francis Italię proximis imperitabat: vt ſupra diximus: miſerrime iam ex humanis exceſſerat: morbo quo afficiebatur cōfectus Childebertū vero Clotariūqꝫ: vt generis propinquitate quā proximos: ad hęreditatem leges vocabant hos inter tam grauis cōtentio nata: vt non multum abeſſet quin tota natio deleret Childebertus grandis iam natu erat ſenioqꝫ & ęgritudine tenebatur: atqꝫ adeo: vt emaceratū haberet & tabidum corpus liberos mares nullos ſuſceperat: qui ſibi eſſent in Imperio ſucceſſuri: ſed ad filias rediiſſet hęreditas. Clotharius vero adhuc validior erat: & non multū ętate prouectus: ſed rugare tū primū ei facies cæperat Iuuenes huic filij erāt: & ad omne facinus promptiores: & qui rem aggredi iam incepiſſent apertiuſqꝫ inter ſe conſultarent patriqꝫ identidem dicerent haudquaqꝫ Theodobaldi bona eſſe per ſe ommittenda: pręſertim: cū vel Childeberti ipſius imperium: quia exactę ætatis iā ſit: ad ſe ſuoſqꝫ liberos eſſet haud longe poſt recaſurū: haud tamen ſpes eos fefellit: nam ſenex ille ſua ſponte his regno ceſſit: verebať nimirū: vt arbitror: alterius vires: & declinare inimicitias cupiebat: ipſe tamen paulopoſt vita exceſſit: vnde Francorū Imperiū ad clotharium integre ſtatim ꝑuenit: Italorum itaqꝫ Francorūqꝫ res ita ſe tunc habuere Tempeſtate hac ipſa maturis iam frugibus byzantij & alijs plęriſqꝫ in lo

Gotthorū dux ſagitta traijcit

capſū narſeti dediť

narſes gotthos bizātiū mittit

Theodobaldi mors,

Cōtentio īter duces francorū.

Chlotari9 ſolus reb9 in francis potitur.

cis terra vehementius mouit: atq; adeo vt ciuitates quã multę tam
inſulares q̃ continẽtis derepente quaſſatę euerterentur habitato-
reſq; funditus interierint: vnde berytos ciuitas illa pulcherrima phe
nicię maximũ ornamentũ prorſus dehoneſtata proſtratur: & in-
dita illa & celeberrima mira varietate antehac ędificia corruere:
ita vt p̄ter pauimẽta nihil fere ſit reliquũ factum: Multi mortales
vt incolæ ita & peregrini ruentium ędificiorũ mole oppreſſi oc-
cubuere: haud ſecus & iuuenes alienigenæ q̄dam & ſane ingenui
& q̃ optime eruditi: qui prędiſcendarũ legum de cauſa & Roma
norum ea in vrbe cõmorabãt̃: cui id patrium erat: & perinde mu-
nus præcipuũ legum apud ſe vt haberet ſtudia cõſtituta: hac ciui
tate deleta qui leges docebãt: & cladi ſup̄ fuere: Sidonem propin-
quam vrbem ſe tranſtulerunt: quouſq; beriton exędificata itera-
to iam ſtaret: inſtaurata tamen haudquaquã prioris ſpecimen p̄
bet: tametſi recognoſci ſat queat priſtinam illã hanc eſſe beriton:
per id temporis & in vaſta illa Alexãdrię vrbe: quę ad Nilum flu
men eſt ſita: ſenſus quidam eius turbinis fuit breuis tamen & pau-
culus: nec oĩbus cognitus: vnde incolæ oẽs & præcipue iam ęta-
te prouectiores: pro ingenti miraculo quod contigit habuere: cũ
ibi ante hac nunq̃ terrę motus fuerit: præ formidine tamen oẽs
re mira & ſubita cõſternati in publicũ ſe effundebãt & me ſimul
qui ibi tunc legũ & eruditionis gratia aderam: & ſi parui motus
terror inuaſit & eo magis quia mecũ tacitus cogitarẽ Alexandrię
ędificia nec firmiora eſſe: nec ſatis ampla: nec poſſe vel ad breue cõ
mota ſubſiſtere: nimirũ cum extenuata hæc ſint: & ſub vno lapidũ
cõtextu extructa q̄ timor haud ſane ſup̄uacaneus videbat̃: cũ vel
viri literatiſſimi eodẽ pauore: nõ p̄teritę adeo cõcuſſionis de cã:
q̃ futurę detinebant̃: hi nãq; exhalatiões qualdã eſſe aſſeuerabãt
inflatiores q̄dem & ſiccas: infra terrę cõcauitates coercitas: & q̄a
nõ facile euaporent: in interiorem terrę has partem violentius cõ
uolutas vniuerſa ſupſtãtia cõmouere quouſq; tandẽ impetu vio
lento cõpreſſionis in apertũ ferant̃: hi p̄terea qui pro rerũ natura
iſta ediſſerũt ægypti terrã affirmãt ſuapte natura nil poſſe: vt hu
milem q̄dem & planã nec cõfragoſã: inflari ſpiritibus: eoſdẽq; p̄
eius fragilitate crebrius eructare: ſi hos forte admiſerit: ſed cũ opi
natio iſta: & ſi nõ forte iniquior eſſe deprędenderet̃: arguebat̃ tũ

Magnus terrę motꝰ

Berytos corruit.

alexãdria terrę motũ ſenſit.

Agathiꝰ alexãdrię leges diſcit.

Cauſa terrę motus.

haud ſatis habere iam firmitatis vnde nō iniuria cæteri verebanť
ne in contrarium vt aiunt his cederet titulus & in diſcrimine forēt
vt non ſolū ęgiochum Iouem experirenť:ſed & terram quatientē
Neptunū/Sed ſiqua forte egypti pars quatiatur: profecto nō de
erunt:qui eius motus & cauſam ſatis percalleāt:nec alię defuturę
ſunt rationes: qbus quę de terrę vaporibus hi ſenſerint confirmē
tur.mihi vero videntur quantū homini ſpectare licet argumentis
freto:vt recondita internoſcat: nō omnino a veriſimili decentiq;
hi aberrare a vero tamen q̄ maxime: Qui enim ad verū nouerit:
quiſpiā quę minus videnť & ſupna eſſe ſat cōſtet:Nos vero con=
tenti erimus ſi cognitione eouſq; prouehimur: vt nō ignoremus
diuino quodam & potiori conſilio fuiſſe oīa inſtituta ſed naturę
principia ſimul & motus: & ſingulorū quę fiunt cauſas cōtem=
plari & ratione quadā ſcrutari:& ſi non omnino inutile haud ta=
men ingratū fore exiſtimandū eſt:at opinari & pro indubitato ha
bere quēadmodū attingi quę vera ſunt poſſint: vereor vt inſolen
tia ea res ſit:& rudior longe q̄ duplex ſit ignorantia: Sed de his ſa
tis:& iam redeat vnde digreſſa paululū oratio eſt: Eodem igitur
tpe & Choi inſulę in ægei maris terminis ſitę:terrę motu cōcuſ=
ſę pars minima quędam ſeruata eſt/cætera ſolo pſtrata varijs nā
q; & fidem fere excedētibus affecta eſt malis:mare ſi qdem in im
menſum euectū proxima littori ędificia merſit pſtrauitq; cū hoī=
bus ipſis & rebus: tū magnitudo ebullientiū fluctuū hiſq; in altū
euectis vbi redire in ſe nō poterant vortices vniuerſa ptinus diru
endo ſternebat ciues vero: & incolę oēs ſiue in templa hi cōfugiſ=
ſent ſiue domi manerēt:ſiue alibi in vnū coiſſent: ſeruatis paucis:
interiere mihi nāq; ex Alexandria byzantium tunc tpis nauigan=
ti:in eam inſulā forte delato(eſt nāq; in eo tranſmiſſu ſita) miſerū
id ſpectaculū fuit:atq; adeo vt verbis explicari haud ſat poſſit: nā
ciuitas oīs in terrę cumulū & ſane immenſū redacta iā erat/ lapi=
des diſperſi paſſim iacebāt:itemq; & colūnę diffractę tignaq; p̄=
ciſa & pulueris vis tanta & ſupne deferebatur vt aerem ſic obſcu=
raret:vt ne vel publica loca & vię internoſci/facile poſſent domus
tamen ppaucę integrę ſtabant:nō calce & lapide vel eiuſmodi ma
teria ſtructę:ſed crudo puroq; & argillaceo latere fabricatę prari
homines cōparebant & hi mœrorem prę ſe ferētes & ſummiſſis

Cos iſula terrę mo= tu cōcuſſa

in terram capitibus: vt qui de vita iam deſperaſſent: & qđ ad cæ-
tera mala acceſſerat: dulces & potabiles aquę ſua & puriore natu
ra priuatę ſalſiores iã redditę erant & impotabiles cætera vero ita
ſolo proſtrata vt ciuitati ad ornamentũ nil reliquũ eſſet: pręter: in
ditum illud aſclepiadũ: nomen & qđ de hippocrate incolę glori-
antur. Iſta igitur cõmiſerari nõ alienum ab humana natura videt̃
mirari vero atq̧ adeo ꝑterreri: hominũ foret vetera haud ſatis cal
lentium: & qui nec plane intelligant loca iſta inferiora ſuapte na-
tura varia in ſe mala cõtinenter ſuſcipe: quãdo qdem & ſępe alias
quõdam: ſic terrę motu ciuitates deletę penitus ſint: vt veteribus
colonis ammiſſis: ꝑ alios fuerint habitatores deniq̧ reſtitutę. Tral
lis ciuitas olim in Aſia quę chora nũc dicitur iuxta flumen meã-
drum ſita paphlagonũ quondã Colonia fuit: hæc Auguſti Cæ-
ſaris tempore terręmotu quaſſata euerſaq̧ funditus eſt: ita vt ei

Trallis terręmo- tu cõcuſſa

nil integrum relinqueret: hoc modo calamitoſius ciuitate iacente
hoĩem quępiam ferunt: ex his qui ſuo labore terrã excolũt Che-
remon illi erat nomen magnũ in modũ eius ex caſu mœrore affe
ctum: cũ non diutius illius ruinã tuliſſet: rem ſane miſeram & in-

De chere- mone.

credibilem peregiſſe quãdo qdem nec longitudine vię nec rei ma-
gnitudine quã eſſet a principe petiturus: nec ꝑiculis ſubeundis ab
ſterritus præſertim cũ eſſet pro incerta fortuna domeſtica relictu
rus: a ceptis hic deſtitit vel aliud quicq̧: vt hoĩes ſolent, animo agi
tabat: quo ſententiã immutaret, cum illi non iã Romam eundum
tunc eſſet: ſed cantabriorũ circa mare Oceanũ petenda loca/eo nã
q̧ Auguſtus cõtenderat gentes alias debellaturus: vt illi q̃ iam cõ/
tigiſſent renũtiaret: vnde imperatoris animũ dicunt ita ꝑſuadendo
cepiſſe: vt protinus ſeptem delectis ex Vrbe conſularibus & pri-
moribus viris iuſſiſq̧ cũ magna vi hoĩm in Coloniã ire terręmo
tu excuſſam tradita his ingenti pecunia: Vrbem iterato extruxerit
ita vt vel ad id tpis exędificatę forma ſeruetur: nunc itaq̧ eius Vr
bis ciues haudquaq̧ pelaſgi vt olim decætero ſunt: ſed Romani
potius nuncupandi: tametſi vocis ſonus: in gręcum ſit & hunc at
ticum verſus. qui enim aliter fieri id poterat cũ finitimi ionũ ſint:
hæc aũt ita ſe habuiſſe argumento ſunt ciuitatis annales: nec ſecus
& titulus quem ipſe equidem cũ eo forte me contuliſſem: perlegi:
& in agello quo dã vrbi ꝓpinquo: vnde oriundus erat Cheremon

Sidirus eſt loco nomen Ara erat & vetuſtiſſima collocata: in qua
olim vti apparet Cheremonis ſtatua inſidebat/nũc tamen in ea nil
prorſus videtur impoſitum. Erat præterea elegion arę adhuc his
verbis inſculptũ fracta terręmotu iam patria. Chantabriã Chere
epitaphiũ mon mox aduolauit aduolutus pedibus glorioſã excitauit. Tral-
cheremo- lim olim ſic vocitatã pro quibus hanc illi ſtatuam fecere propin-
nis. qui: vt arę merito aſtructam hanc referant gratiam Trallianorũ
res hoc pacto habuiſſe ſe credit haud ſecus & alias in Aſia ciuita-
tes/vt ionicas: ita & ęolidas per id tp̄is q̄ꝫ multa fuiſſe ex terrę cõ
cuſſione ꝑpeſſas ſat conſtat: ſed ea mihi nunc omittenda: & proſe
quenda quę dicere ceperamus: ad ꝑſarum qꝫ prælia cũ Romanis
Bellũ per in Lazico agro eodem hoc tꝑe geſta ꝑtranſeundũ: nam inter Ro
ſicũ exor- manos & ꝑſas iampridem maxima ſunt bella inita: ita vt crebris in
ditur. curſionibus alternis agros popularentur & deuaſtarent: nunc re-
pentinos machinãdo inſultus: nũc copioſo exercitu in aciem aper-
tius prodeundo: ita vt & ſi pauloante feciſſe inducias viderentur:
haud tamen oĩno pacifici erant: neqꝫ vbiqꝫ bella ceſſabant: niſi ori
entem verſus & circa armenię fines: vbi vtriſqꝫ ſancita pax erat &
firmior circa cholcos vero prælia gerebant̃ Lazi quondã chol-
Lazi chol chi dicebantur: & hos illos eſſe ꝑſpicuum eſt: deqꝫ his ambigit ne-
chi. mo: q̄ phaſidem fluuiũ & caucaſum montẽ aduertat: & accolas
effuſe his circũiectos, ferunt aũt cholchos egyptiorũ fuiſſe colo
Cholchi- niam: ſiqdem longe prius quã Iaſonis & eorũ eo nauigatio fieret
dis origo & anteqꝫ aſſyrij potirentur imperio anteqꝫ Nini & Semiramidis
tꝑa, Seſooſtrem quẽpiam tradunt ægyptiorũ regem: ingenti ſuo
rum coacto exercitu: vniuerſã Aſiam ꝑuagatum. Vbi eam euer-
tit: ad id loci veniſſe eodẽqꝫ reliquiſſe agminũ partem: vnde chol-
corum id genus deriuet id ipſum Diodorus Siculus aſſerit: & alij
multi qui res geſtas veterũ cõſcripſerunt: hi igitur ſiue Lazi ſiue
cholchij. ſiue ægyptij in aliena locati: noſtra ætate bellis vndiqꝫ di
uexant̃: & multa ipſi iniere certamina eorũqꝫ de cauſa oppida nõ
Choſrois nulla ſolo æquata ſunt, choſroi nanqꝫ ꝑſarum regi oportuniori
rex ꝑſarũ bus quibuſdam ea e regione cholcorũ locis præoccupatis: haud
quaquã eſt viſum ſemel armis parta relinquere: ſed potius chol-
Gobazes chidis quę reliqua eſſent ſurripe: animo inerat. Iuſtinianus autem
lazoꝝ rex Romanoꝝ tũc Imperator Gobazem Lazorũ regem gentemqꝫ
chriſtian⁹ omnẽ vt ſibi obedientẽ atqꝫ beniuolã ita & de Deo ſecum eadem

ſentientem: vt volenti cuiq; diripiendã iam ꝓderet: nec ferendum
ꝗdem: nec æquum fore cenſebat / Sed longe magis enitebat̃ vni-
uerſis vt viribus hoſtes inde ꝓpelleret: Ac illud animo agitabat at
q; adeo verebatur: ne ſi bello forte vincerent pſę: regionẽq; oẽm
ſuę facerent ditionis: nihil his foret impedimento quo minus in
Euxinum pontũ: intrepide nauigent / interioraq; oĩa Imperij Ro
mani ꝑcurrant: vnde ingentes & bellicoſiſſimas copias circa chol-
chos cõſtituit hiſq; & duces præfecit q; optimos: Beſſas nimirum
Martinuſq; & Buzes eas ductabant: Viri vt ſũmi: ita & bello ex
ercitatiſſimi cũ his & Iuſtinum germanicũ iuuenem admodũ mi-
ſit: ſed rei bellicę nõ imperitũ: Nũc vero quę Mermeroes pſarum
præfectus antehac geſſerit: cũ de his ad id vſq; loci Procopius re
thor ſatis pſcripſerit p̃tereunda videntur: ſed cũ pręſentis hiſtorię
hinc mihi initiũ ſim deſumpturus: decentius erunt quę ſubſequũ-
tur his coaptanda / Muchiriſim itaq; p̃fectus pſarum mermero-
es & Coataiſim oppida petit: ea mente vt locoꝝ difficultate mu-
tata: ſe infra phaſidem amnẽ recipet: vt re ſubita Romanis pterre-
factis temptaret ſi qua poſſet caſtella in poteſtatẽ redigere: quod
tñ cũ palã incederet: & in hoſtẽ veniret fieri nõ poterat / Martinus
nãq; præfectus cũ ſuo exercitu ad teleſim ſtationem habebat: eſt
aũt teleſis oppidũ validum ꝗdem & munitiſſimũ ibiq; ſaltus dili
gentiſſime aſſeruabat: erat præterea locus ille aditu difficilis: & q
e proximo peti non poſſet: nã & prærupte illi ſunt rupes & ſaxa
vndequaq; pręciſa inuicẽq; in ſeipſa vergentia ita vt anguſtiſſimã
ſubiectam ſemitã redderẽt: aliũdeq; oppidum niſi hac adiri non
poterat: nam & circũiecti campi paluſtres nimiũ ſunt & limoſi ex
altera parte denſiores ſiluę arbuſtaq; extantia vt vel expedito nulli
hac pateat iter: ne dum armatis agminibus: Romani vero cũ labo
ris nil intermitterent: ſicubi forte locũ immunitũ & puium inue-
niſſent: ſtipitibus & ſaxis reficiebãt: & enixe huic operi inſudabãt:
Interea Mermeroes meditabundus & dubius hiſce in rebus quid
opus facto nã eſſet: cum diu ſecũ verſaret: ſubijt animũ cogitatio
quod ſi vtcũq; Romanorũ p̃ſidium ſolueret: & ſenſim ꝓpelleret
non oĩno eſſe non ſe pfecturum quę ad demoliendũ clauſũ iter
paraſſet: nã hoſtibus ſaltus cõtinentiſſime inſidentibus fieri non
poſſe exiſtimabat vt hos ſuparet: & illos ꝑuinceret ſed ſi forte ab

Beſſas Martinus & Buzes duces iuſtiniani: Mermeroes perſarũ præfectus Mermeroiſ cõſiliũ.

ſceſſerint:id ſolū relinqui:vt locoꝝ iniq̄tatibus mederetur & dif
ficiles itinerū aditus vt peruios redderet:quod vtiqꝫ nō impoſſibi
le factu fore rebatur. Sperabat nāqꝫ nauante multitudine operā
& p̄ciſa materia repurgatiſqꝫ ſaltibus: & excuſſis ſublatiſqꝫ de-
mū obicibus nō difficulter ſe tranſiturū:verū vt iam ꝑficeret quę
Fallacia aīo agitarat hāc excogitauit fallaciā graui & inſanabili morbo ſe
Mermero teneri diſſimulauit:cuius vt impotens mox lecto decubuit: & ꝑin
is. de grauiter ferens hunc caſū.flebiliter querebat̄ huius rei fama to
tum ꝑuaſit exercitū pręfectū grauiter ęgrotare atqꝫ adeo vt in ꝓ-
ximo illi ſit moriendū::Id t̄n vt in re erat haudquaq̄ꝫ his creditum
eſt q̄ queſtui haberent ſuoꝝ proditionē & hoſtibus occulte oīa
aperirent quę gererent̄:ſed p̄fectus quid ſibi vellet ꝑtinaciſſime oc
culebat atqꝫ adeo vt ne ad amiciſſimos quoſqꝫ illud ꝑuenerit: nā
qui Romanis id rei ſignificarūt:edita & ſola in vulgus fama faci
le fallebant̄ & Romani ipſi facilius his fidem p̄ſtabant:neqꝫ adeo
nuntijs mouebant̄:q̄ꝫ q̄a ſic fore ꝑuellent vnde remiſſa fortiore il
la & diligenti cura ſegnius cuſtodias faciebāt paucis poſt diebus
Mermeroem obiſſe mortē his nuntiatur:Nam interea in domici-
lio quodam ſic delituerat: vt vel apud familiariſſimos qui rei diſſi
mulatę eſſent nil cōſcij/mortis ſuę opinio vicerit. Tum demū Ro
Ro. aſtu manis ſuꝑuacaneum fore eſt viſum ad ſaltus tutandos multū de
Mermero cætero vigilare: vel labores ſuſcipe:vnde relictis quos iā obſtru-
is fallunt̄. xerant locis & ſimul in his inſudatis opibus oēm ſolertiam in ſe-
gnitiem cōmutarunt:quādoq̄dem noctibus ſomnos ęquando:lo
cis immorando amœnioribus nec exploratores pręmitterent:nec
quę in rem eſſent exequerent̄:nimirū quia perſas exiſtimarent vt
antehac rei bellicę imperitos in ſe nūq̄ꝫ ituros:ſed ab ſe procul poti
us abituros his oībus mermeroes cognitis rem aliquandiu diſſi-
mulatam p̄ter ſpem oīm patefacit:ac perſis viſendū ſe talem prę-
bet qualis antehac fuerat cōfeſtimqꝫ copijs oībus q̄ꝫta potuit ce-
leritate motis itinerum difficultatibus:vt antea cogitarat per q̄ꝫ be
Mermero ne diſpoſitis oppido appropinquauit & iam proximus erat Ro-
es Ro. ex manis pro rei miraculo aīo conſternatis:nimirum cū de improui
improui- ſo oppreſſi tutari ſe minime poſſent:Tūc igitur Martinus deſere-
ſo aggre- re prius locū decreuit q̄ꝫ ad ſe mermeroes penitus ꝑuaſiſſet & in-
ditur. genti malo quos depꝛhendiſſet Romanos afficeret. Quo enim hi

pacto cũ ꝑpauci ēent tantã hoſtiũ multitudinē ſuſtinuiſſēt & nõ
ſtatim obruti potius deperiſſent hac ita q; arte deuicti a Barbaris:
turpiter diſceſſione facta Romani ad ſuos ſe receperunt: qui cũ
Beſſa & Iuſtino tunc eſſent haud longe a Tileſe poſitis in campo
caſtris nã indę ſeptem ſtadijs aberant: quo in loco praeter venales
ollas nihil operis exercetur e qbus & loco eſt inditũ nomen: nam
ollaria dicunt latini: nos chitropolia: Sed cũ ad exercitus q̄ multi
fuga prærepta Martinũ iam ꝑueniſſent denũtiaſſentq; hoſtiũ ce
lerem & futurũ aduentum: ſeq; in tuto iam recepiſſent: præfecti
oēs cõmuni cõſilio decreuerũt hoſtes expectandos ibidē eſſe: in-
ſtruendaſq; acies: & his ſtrenue obſiſtendũ ſi ꝓgredi ꝑgant. Erat
inter duces exercitus vir ſane clariſſimus Theodorus: q Zannis
genere ſed apud Romanos nutritus barbaricos mores quos e pa
tria cœꝑat iã plane depoſitos: dexteritate quadã ornauerat. Is igit̃
ſuo cũ agminę nõ em̃ minori numero q̄ hoı̃m qngentorũ & ſuę
gentis hũc milites ſeq̄bant̃ circa teleſim ſtationē hēbat ꝑ Martinũ
iã iuſſus ne prius inde abſcederet q̄ hoſtes vidiſſet iã irrupiſſe &
quoad fieri poſſet numerũ imaginãdo cõplecteret̃: ac demũ co-
gnoſceret qd nã his virium: qd veaı̃ eſſet. Tũ ille vt ad oı̃a audax
& induſtrius erat: iuſſa exequebat̃: & hoſtiũ copias infra ꝑſidiũ
adeſſe iam cõſpicatus: ſatis gnarus: nõ eotenus ſtaturũ hoſtē: ſed
bellandi ꝑcupidũ fore: confeſtim loco abſceſſit: in ipſo itinere: cũ
Romanos nõ paucos depħendiſſet: nõ recta ad Chitropolia cõ-
tendentes: vti erat iniunctũ: ſed in Lazorum domicilia impetu fa
cto: ordeũ & alia id genus diripientes: vt eos abduceret nitebat̃ &
iſtorum temeritati obuiam iret: q plane neſcirent qbuſnam in ma
lis tunc eſſent: ita q; q gulę erant non admodũ dediti: nec oı̃no de-
perditi hoı̃es: vbi potiora moniti didiciſſent. Theodorũ mox ſe-
quebant̃: & ſenſim ſe referebant. Interea perſę de improuiſo ſuꝑ-
uenerunt: & Romanoꝝ nõnullos militũ ex inſperato obtrũcant
cæteri curſu citato in fugã verſi abibant. De repēteq; in ſuorũ ca
ſtra cũ trepidatione & eiulatu irrũpunt: atq; adeo vt oēs re ſubita
pauefacti: & prę formidine tumultuati ꝑtermodũ Sic trepidi cõ
ſurrexerint vt vno agmine caſtris excederēt. Tunc ꝑfecti nondũ
enim inſtruxerant copias veriti ne ſibi & imparatis inſiſterēt Bar
bari ſpreta priori ſententia: nõ em̃ in re trepida qd acturi iã eſſent

Romani ex ꝑſidijs cedunt.

Theodorus Zannis.

31

Romãno rum trepi datio.

offerebatur quãdoq̃dem de pn̄tibus conſultare nectp̄s ipſum ꝑ-
mitteret p̄ſertim oībus animo cõſternatis: motis cõfeſtim e cam-
po caſtris coactiſq; in vnũ iam copijs inſtrenue incõpoſitiq; ac ꝓ

Romano rũ fuga.

arbitrio ferebant̃: & a cõtinente curſu nõ prius hi deſtitere q̃ ad
inſulam ꝑueniſſent abeſt aũt hæc a Tileſe inſula quinq; ſummũ
paraſanges nam tantũ vię ꝑſtrenui illi vna die emenſi ſunt & fu-
ga celerrima: Paraſanges aũt: vt Herodoto/ & Xenofonti videt̃

Paraſãges q̄d ſint.

triginta ſtadia ſunt iuxta Iudęos vero & Perſas vno/ & viginti ſta-
dijs terminat̃: & ipſum id ſentiũt Lazi & iure vt arbitror: nam &
apud hos baiuli vbi ſingulos paraſanges ꝑtranſiere: & onera quę
geſtant deponũt; & ipſi parumper q̄eſcũt alijs in ferẽdo viciſſim
onere ſuccedentibus idq; quotiens factitant eodem ſpatio itinera
metiuntur & interrũpunt: vt cũq; tum paraſanges dicant̃: ſtadijs
centũ & q̄nquaginta diſiungit̃ hæc ab oppido inſula. Eſt aũt hu-
ius inſulę locus placide munitus & peruius; amniũq; aquis fluen-
tibus circũactus: ſiquidẽ faſis & deconus flumina e Caucaſo mõ-
te diſiunctim fluentia & a principio magno diſtantia interuallo
locoꝝ cogente ſitu: ſenſim proxima fiunt adeo vt ab inuicẽ non
longe ferant̃: in ea intercapedine moliẽtibus foſſam Romanis: &
faſidis aquis in deconi alueũ demũ tranſfuſis: ex ea inſulę parte q̃
in orientẽ vergit amnes vtriq; in vnũ coeunt: & locũ cingũt pro-
in rurſum cũ vario diuerſoq; curſu ſe inſinuãdo inflectũt: haud
ſane parua terrarũ ſpatia cõplectunt̃: deſcendendo vero ad occidẽ-

Mermero is ſucceſ- ſus.

tem ſolem & prolabẽdo ſponte cõueniunt & cõmiſcentur ita vt
omne qđ ab his intercipitur inſula fiat: hic igitur coeuntes Roma-
ni immorabant̃ Mermeroes vero vbi ad ollaria tandẽ ꝑuenit ab-
ſentiũ hoſtiũ cũ obiectis etiã cõtumelijs irriſa diu ignauia ſtatuit
nõ vltra ſibi ꝓgrediendũ nec inuadendã inſulã eſſe: quãdoq̄dẽ in
hoſtili nec tantis exercitibus ſũminiſtrare neceſſaria poſſet nec alias
obſidionẽ pare: vñ retro ad Teleſim: & eas locoꝝ iniq̄tates rede-
undũ haud quaq; cenſebat: itaq; paruis nauigijs ad id ipm̄ paratis
cratibus pluteiſq; ſupimpoſitis faſidis ripas cõſternit iungitq; &
ponte ꝑinde facto intrepide & nemine obſiſtẽte exercitũ traijcit: &
perſas quidẽ quos in Onogori locauerat oppido: qđ ipſe in loco
Archepoli circũiecto aduerſus Romanos vt ꝓpugnaculũ ſtruxe-
rat magno vt aīo; eſſent hortatur & aliud huic præſidium addit

oībuſq; ibi quoad fieri potuit cōmunitis: retro ſe ad Cotaiſim & Muchiriſim caſtella recepit: tū derepente morbo correptus grauiſſimo: maiori exercitus parte & validiſſima: ſuis ibi rebus relicta præſidio ſe in Hiberna tranſtulit: ad vrbēq; Miſchitā id vrbi nomen vix tamen delatus cū vim morbi pati nō poſſet: ibidem tunc demū Mermeroes obijt mortē. Vir ſane apud pſas: vt preſtantiſſimus ita & honoris apud ſuos plurimū conſecutus valebat nāq; maximū in modū conſilio reiq; bellicę peritiſſimus erat: & animi preſtabat is magnitudine Nimirū & ſi effœtę ætatis iā eſſet & iā pridem duobs pedibus captus: nec vehi equo iā poſſet in laboribus tamen haud ſecus/ac robuſtiſſimus iuuenis verſabatur: neq; hos quidē refugiebat: ſed impetu facto prodibat in aciē: ita vt hoſtes turbaret: ſuoſq; vt fortiter facerēt admoneret: hortando iubēdoq; /q̄ in rē eēnt q̄ optīe diſponebat/referebatq; laudis plurimū hoſtes vincēdo: vñ pſpici poteſt nō magis corporis robore q̄ cōſilio & prudentia bella geri. Tunc demū Mermerois demortuū corpus qui circa ſe erant elatū & extra vrbem deſtinato in loco depoſitū: ſolū nudūq; reliquerunt: canibus ſimul & auibus vel eiuſmodi cęteris obſcęnis/& Sarcouoris aīantibus laniandū/& abſumendū: hunc ex lege ſeruant perſę ſepulturę ritū nudata vt carnibus oſſa per campos diſpſa iaceant velint: apud hos: nāq; in arcā vrnam ve mortuos cōdere vel terra obruere: haud quaq̄ fas eſt. Cadauer vero ad quod nō ſtatim dilacerandū aduolent aues: aut canes accedant: homīs fuiſſe affirmāt qui ingnatis moribus fuerit iniquioriſq; animi & dignus plane qui in barathrū detrudatur in prauiq; dęmonis ditionē vt veniat/& propinqui mortuū tūc maxime deflent: vt cui nil putēt ſpei reliquū eſſe: nec parcę melioris participes fore qđ ſi q̄ celerrime mortuus deuoretur: beatum hunc & fœlicem dicunt: huiuſq; aīam: & demirant: q̄ maxime: & deo ſimilē faciunt & dignā omnino quę in campos elyſios deferatur: accedit etiā quod ſi obſcuriores quidā & infimę ſortis dū in terra rem militarē exercent grauiſſimo morbo acrius vrgeant vt vel ſpirantes adhuc/& ſobrios efferant: & quodā depoſitis loco: panis fruſtum & aquā baculūq; iuxta apponant: vt q̄ diu cibum poterūt deguſtare: & viriū aliquid his relinquatur eo ſe baculo a beluis tueantur: & cōuiuas hoc abigant ad ſe venientes: ſin

Mermeroīs obitus.

Mermeroīs laudes.

Perſarū ſepeliēdi ritus.

Perſarum ritus.

vero vel ſpirantes adhuc vis morbi peruicerit atq; adeo vt manus
mouere nil queant: tũ miſeros illos & ſemimortuos: incipienteſq;
aĩam exhalare: Aues caneſq; deuorant & vitę ſpem demũt: ſiqua
tunc forte fuiſſet qui vero ea ex ægritudine cõualeſcunt: & ſe do
mũ receperint/haud ſecus viſi alijs ſunt/ vt in tragœdicis fit taber
naculis ac tenebrarũ/ e/ foribus prodijſſent: & extenuati ꝓrſus:
oriſq; colore alienato: obuijs timorẽ incuterẽt: vnde vniuerſi hos
auerſantur: & ꝓinde omniũ ſceleratiſſimos confeſtim defugiunt
& tanq; apud inferos adhuc forte agentes declinãt: nec priſtinis
& cõſuetis ad vitã muneribus frui prius hos ſinũt: q; per magos
admiſſa in ſe inquinatio expurgetur q; ꝓinde ex mortis expecta-
tione cõtraxerant & quaſi vt viuere poſſent poteſtatẽ recipiant.
Liquet ſane humanas & ſingulas nationes eas leges ſanctiores cæ
teris ducere & potiores: quibus diu inſueuerũt atq; adeo vt ſi qd
præter illarũ inſtituta geratur fugiendũ his eſſe & plane ridiculũ
videatur: & eiuſmodi demũ vt prorſus nil fidei faciat: adinuentę
ſunt tamen mortalibus diuerſę quidem pro legibus ſuis tutandis
rationes & cauſę partim forſitan veriores/ partim quę ad ꝑſua-
dendum ſic valeant cõparatę. Vnde nec mirũ arbitror fore ſi ꝑſę
ſuorum morũ & vitę cõſuetudinis redditis rationibus: ſuos adni
tantur arguere p̄ſtare ceteris ritus: & ſane admiratõe ingẽti affici
or: vetuſtiſſimos eius terrę habitatores: ſiue Aſſirij: ſiue Chaldęi:
ſiue Medi hi fuerint: nõ eadẽ cũ Perſis iſtis ſenſiſſe: ſiquidẽ circa
Niniuem vrbẽ Babilonięq; terras: & mediã tumuli extant arcęq;
adhuc permanẽt obfirmatę: quibus priſci illi & mortui recõdun
tur: ita vt nõ alienos ſed noſtros videantur ritus ſeruare qđ ſiue ca
dauera: ſiue cineres græcorũ more exuſtos illa contineant haud
tamen cũ his aliquid habent quę perſæ hi factitant ſimilitudinis:
nec ſolum in ſepulturis/ & mortuis: ſed ne & nuptiarꝝ quidem &
rebus venereis flagitioſiſſimis ritibus: proquibus pręſentes & hu
ius temporis perſæ: ſceleratius/ ac deperdite luxuriantur: qui non
ſolum cũ ſororibus ſuis & cõſobrinis impudenter congrediunt̃:
ſed cũ filiabus vel genitores (proh ſcelus) miſcerent̃: & quod oĩm
eſt impijſſimũ (o natura/ o leges) cum matribus filij. Perſis autem
fuiſſe nuꝑ id ſceleris adinuentũ: ex eo quod narraturi mox ſumus
noſſe quis poterit: ferunt quõdam magnã Semiramidem illã: &

Quod hic mos ſit ſolis ꝑſis.

Perſarum mores in nubendo.

Aſſyriam fuiſſe eo temeritatis euectam: vt cum Nino filio habere Nouũ eſ
congreſſũ voluerit / iuuenẽq; pertentaſſe huncq; renuentẽ concu ſe hũc mo
bitum: remq; permoleſte ferentẽ pergentem ad facinus matrem rem.
protinus occidiſſe patrareq; id maluiſſe q̃ ſcelus cõmittere Non
enim ſi id lege pmittebatur: Ninũ duxerim ad id crudelitatis ve=
niſſe. Sed quid eſt opus nimiũ vetuſta repetere? Pauloante q̃ Ma
cedones tantas res gererent: & Perſæ deſtruerentur Artaxerſem
Darij ferunt Pariſatidem matrẽ cum eodem malo afficere: quo
& Semiramis & ſecũ rem habere pcuperet haudquaq̃ necaſſe ſed
eieciſſe iracundius & propulſaſſe: quia nec piũ id eſſet / nec patriũ
nec in vita hominũ conſuetum ſed huius temporis perſæ priſcos
mores omnes fere omiſere: & pinde iam euerterunt alieniſq; legi
bus tanq̃ adulterinis vtunt: ex Zoroaſtri deſumptis Orimaſdei
diſciplinis. Is aũt Zoroaſter ſiue Zarades: nam duplici vocitatur zoroaſter
cognomine: quo tempore in principatu floruerit: & tulerit leges: ſeu zara-
ſatis clare internoſci nõ poteſt Perſæ nãq; noſtrę huius ętatis Id= des.
aſpis temporibus: ſimpliciter tamen hũc fuiſſe affirmant: ita vt in
ambiguo ſit nec plane ſatis dignoſci queat: vtrũ Darij pater an ali
us quiſpiam is fuerit Idaſpes. Sed quouis ille floruerit tp̃e magi=
ſter tamen & perſis fuit: & magici ſceleris adinuentor: qui Priſco Idaſpes.
ſacrorũ ritu mutato promiſcuas quaſdam & varias opiniones in
duxit. Siquidẽ vetuſtiores illi Iouem Saturnũ / & huiuſmodi cę=
teros apud Græcos quondam pcelebres vt deos venerabantur:
cum alioquin cognomẽta minus ſeruarent: nam Iouem Belũ di=
cebãt: Herculem Sandem Anaitida Venerem / & alios item aliter
vocitabãt: quẽadmodũ Beroſus Babillonius & Athenocles Sim
machus / qui Aſſyriorũ Mędorũq; res antiquiſſimas conſcripſe=
runt: hiſtoria prodũt: nunc vero maiorẽ in partẽ cum Manicheis perſę cum
Perſæ conueniunt: & in eo p̃cipue q; duo illi / & prima inducunt Manichę=
principia / alterꝝ quidem vt bonũ ita & optima queq; parturiens: is ſentiũt.
alterũ quod penitus vtriſq; his aduerſet: nomina vero iſtis impo=
nunt: & barbara: & pro eorũ lingua compoſita bonũ nanq; ſiue
deum ſiue & creatorẽ Hornuſdatim dicunt Arimanes pnicioſo
a c peſſimo dęmoni eſt apud hos nomen feſtum aũt oĩm apud ſe
celeberrimũ: quod vitiorũ vocant interitũ peragunt in quo & ſer
pentiũ plęraq; & quoꝝ vis animantiũ quę fera & ſolitaria ſunt.

Religio ꝑ ſarum. interficiunt:& magicis offerunt:ꝑinde inſigne aliquid pietatis/ar
gumentũ:hac via ſe arbitrant̃ ei quod bonũ dicunt gratã operam
inſudare moleſtiã vero & ꝑniciem Arimani illi inferre/venerant̃
aũt ꝙ maxime aquã atqꝫ adeo:vt ne hac quidem faciẽ abluãt:nec
eam quoqꝫ pacto attingant:ſiue potandi gratia ſiue arbores irri=
gandi ſiue vt alias cũqꝫ.Quinetiã deos alios pleroſqꝫ hi nuncupãt
& Græco ritu propitiant̃:vtuntur præterea ſacrificijs/purgatio
nibus/oraculiſqꝫ & his q̄dem Græcoꝝ more porro ignis his p̄=
cioſus videtur & plane ſanctiſſimus:vnde in ædiculis quibuſdã
vt ſacris/ſemotiſqꝫ ignem hũc magi perẽnem ſeruant eundẽqꝫ dũ
intenti cuſtodiunt:archana ꝑagunt ſacra/& de futuris interrogãt
hæc aũt inſtituta ſiue a Caldæo:ſiue a quouis hoĩm genere cœ=
perint:nõ enim multis hæc cõgruunt ita tamen hi ſentiũt:& ꝑti=
nacius hanc tenent opinionẽ/e/plurimis nationibus hauſtã:quo
fit vt ꝙ varie compoſita ſit & ſane id mihi nõ ab re factũ videtur:
nõ dum enim aliã rem publicã vidi in ſpecies varias formaſqꝫ mu
tatam quę diu conſiſteret:ſed quoniã multarũ gentiũ dominatũ:
hi admiſerunt iccirco & vna ſpecie legũ cognitionẽ nunc ſeruant

Qui rerũ ſucceſſu tẽporum potiti ſint apud ꝑſas primos oĩm Syrios ferunt vniuerſam Aſiam occupaſſe/p̄ter In=
dos/qui ſupra Gangem ſiti ſunt fluuiũ. Nam Ninus videt̃ tunc
primũ hic imperiũ obfirmaſſe poſt hunc Semiramis illa & huius
deinceps poſteritas omnis ad vſqꝫ belum decortari cognomento
in quo Semiramidis & regnũ habuit finem/& genus Belitaras de
inde q̄dam ſic vocitatus plantarũ quondam inſertor & regiorũ
hortorũ magiſter:mirũ ſibi in modũ imperiũ vendicauit:ad ſuoſ=
qꝫ bene plantatũ tranſmiſit:quẽadmodũ Bion & Alexander ſcri
pſere:ita vt ad vſqꝫ Sardanapalũ:vt idem affirmant:ſucceſſio iſta
ꝑuenerit:ſub quo hebeſcente iam principatu Arbaces medus/&
Beleſis Babillonius ab Aſſyrijs rege deperdito ſublatũ ad Medos
tranſtulerunt imperiũ cum anni mille:ſexqꝫ & trecenti:aut paulo
pluſculũ pertranſiſſent eo ex tempore quo Ninus tum primũ eas
res tenuit:Sic eñ Ctiſias Gnidius cui & Diodorus Siculus aſſen
titur de his t̄ꝑibus ſcripſit.Medi deinde ſic rurſũ hoc potiti impio
ſunt:ita vt oĩa pro horũ legibus ſtatuerent̃:deinde ꝑ annos trecen
tos his in principatu agentibus:Cyrus Cambiſi Aſtiage deuicto
ad perſas traduxit imperiũ/qui eñ nõ id erat facturus:cũ perſa

is eſſet & pſiæ inſuetus: pro geſtoq̃ cũ Aſtiage bello oderit Me-
dos: vbi vero & Perſici reges p̱ annos ducentos additis octo & vi
ginti regnaſſent vel iſtorũ deniq̃ regnũ defluxit p̱egrino exercitu
& /a/ rege alienigena diſſolutũ: ſiquidẽ Alexãder Philippi Dario
Arſami iã interfecto vniuerſa Perſide in poteſtatẽ redacta: ad Ma
cedonicos mores res tranſiere. Nã adeo rebus q̃ maximis geſtis
hic valuit vt vel eius poſt mortẽ Macedones viri: alienã & peregri
nam diu tenuerint/ & ad multũ prouecti virium ſint: & ſane cre-
diderim. Vi quadã præcæptę apud homines de Alexandro opi-
nionis: vel ad id temporis fuiſſe hos regnaturos: niſi inter ſe inuicẽ
diſſidendo: atq̃ vt in ſe ipſos: ita & in Romanos exercitus cõpa-
rando plura habendi ducti cupiditate: ſuas ipſimet vires ſoluiſſẽt
quo factũ eſt vt non de cætero capi nõ poſſe ſint finitimis viſi: ta
metſi nõ minori hi tẽpore: vel ſummũ annis ſeptem minuſq̃ Me-
di regnauerint: vnde his tamdiu potitis imp̱io Parthorum gens al
terius ditionis iamdiu facta: nec olim admodũ celebris: Macedo-
nes regno priuarunt ipſiq̃ Aſię totius pręter Ægyptum imperiũ
ſuſceperunt Arſace tum primũ defectionis auctore: vnde eius vel
poſteri Arſacides dicti: inter Arſacẽ & Artabanũ regem: anni du-
centi interceſſere: eodem aũt tempore quo: res Græcorũ per Ale-
xandrum mãmeam adoleſcentẽ miniſtrabant̃: & Choſrois apud
nos cœpit genus regnare ex quo pręfecto inſtituta & mores qui
apud Perſas ad id temporis obſeruantur: ortũ cœpere p̱inde pri-
ma ſtabilimenta ſiquidẽ Artaxares quidam vir perſa: inglorius in
primis & obſcuriſſimus alias tamen factis ſat potẽs & ſane indu
ſtrius p̱idoneuſq̃ poſſe conſtituta mouere: & obturbare pacata:
coniuratorꝝ manu mox facta Artabanũ regem obtrũcat: & Tya-
ra regio inſigni ſibi impoſita: Parthorumq̃ viribus debilitatis: de
nuo Perſis priſtinũ regnum reſtituit: erat is ſane ex magica arte ſa-
crorum p̱itus de ſeq̃ archana confecit: vnde & magorũ gens oĩs
ex eo validior facta & inſolens: iampridẽ id nominis ſeruat haud
dum tamen ad id honoris faſtigiũ in quo nunc ſunt: venerant: ne
q̃ eo licentię prouehebant̃: ſed plęrunq̃ principibus contemptui
erant quod vtiq̃ ex eo apertius liquet: nõ enim Perſæ qui circa
Darium erant Semerde quodã & mago poſt Cambyſſem Cyri:
imperiũ ſubtrahente: id factũ calamitatis loco duxiſſent Semer-

demqꝫ obtruncaſſent & alios tanti facinoris conſcios: quia haud
quaqꝫ fas eſſe exiſtimaſſent: magos hoīes regię inſidentes ſellę or
nari: vnde his obtruncatis tantopere eam cędem nullius momenti
facere: atqꝫ adeo nec ſcelus ex ea ſe admiſiſſe rebantur: ſed dignum
potius memoratu patraſſe ſe facinus: vt eius ſeditionis ob gratiā
in patratęqꝫ cędis memoriā: feſtos quoſdā & celebres ſtatuerint
dies: quos Magofonios nūcuparūt: & ſacrificia fecerint ob victo
riam dijs: nunc vero magos huius tēporis Perſæ & honorant qꝫ
maxime: & venerantur: vt quoꝝ conſilio publica omnia & præ-
dictionibus adminiſtrent: ſeorſumqꝫ qd quiſqꝫ pręmij pro re be
ne geſta promereatur quidue ſupplicij qui flagitiū fecerit: præſi-
dendo & cognoſcendo decernūt: nec ſane perſis vel legitimū aliqd
fore vel æquum videbit/ quod magoꝝ non ſit ſententia confir-
matū/ ferunt quondā Artaxatis matrem Paueco cuidam nupſiſ-
ſe infimę ſortis viro: & coriariam exercenti: qui tamen ſiderū de-
curſus calleret: & ſcientiſſimus eſſet perqꝫ facile poſſe futura pro
ſpicere: apud hunc ſemel ſannū quēpiam & militarem ꝑ Caduſeo
rum agrum iter habentē: in tugurium diuertiſſe tunc & pauecum
ꝑinde vatem: vtcūqꝫ hoſpitis ſemen & maximū fore & celeberri-
mū pręuidentē: & euaſurum quandoqꝫ ad ſummā fœlicitatem:
affectum primo mœrore fuiſſe: ac flebiliter queſtū: quod ſibi nec
filia eſſet: nec ſoror: nec fœmineū deniqꝫ aliquid quod ſe propin
quitate cōtingeret vt cum ſanno illo & hoſpite neceſſitudine iun-
geretur. Sic demū illi & noctu vxore appoſita thoro ceſſiſſe ſpre-
ta ꝑſtrenue verecundia & breui cum nota futura & optima com-
mutata fortuna quo ex nocturno cōgreſſu Artaxarem natū: ſub
pauecoqꝫ educatum ad iuueniléſqꝫ annos prouectū fortiſſime ſi
bi imperiū comparaſſe: vnde inter Sānum/ Pauecūqꝫ ortam fuiſ
ſe contentionē: dum eorū quiſqꝫ iam vellet puerū ex ſe filium dici
& vix tandem in id conueniſſe: vt puer Paueci filius diceretur: ſed
Artaxaris alioquin ex Sanni ſemine ortus: hoc pacto dum Artaxaris gene-
alogiam repetunt ꝑſæ vera fuiſſe quę de eo traduntur affirmāt:
vt in regum ſuoꝝ annalibus litteris prodita. Nos vero poſtero-
rum oīm nomina qui poſt hunc in imperio ſucceſſerunt: paulo-
poſt explicamus nec ſecus & qꝫdiu eorū quiſqꝫ regnauerit quod
tamen ad id temporis eſt ab his intermiſſū qui annales cōſcripſe-

rant: nec magnifecerunt iſta ꝑquirere: nam qui de imperatoribus
Romanis ſcripſere a Romulo: ſiue cum altius repetunt: ab Ænea
Anchiſę filio initium ſumũt: & ad Anaſtaſium vſq; Iuſtinũq; ſe-
niorem illos recenſent. Perſarum vero reges hos ipſos dico qui
poſt deletos Parthos regnarunt haud æque annis ſua ſerie explica
tis ꝑueſtigando enumerarunt ſcriptores: cũ fieri ſic decuiſſet: mihi
tamen de regibus iſtis & perſicis ipſorum ex ſcriptis: certiora oĩa
& vera collecta accuratius ſunt: & reor equidem pręſenti hiſtorię
plurimũ conuenire: iſtoꝝ omniũ meminiſſe: itaq; cum opus fo-
re exiſtimauerim hæc ſuo loco cõmemorabo: tametſi iſtoꝝ no-
mina varia ſint: & ea quidem barbarica recenſenda: & quorundã
plęraq; qui memoratu dignũ nil geſſerint ſed illud in præſentia:
vt res apertius pateant: & plurimũ conferant: ſum dicturus: tre-
centorum & vndeviginti annoꝝ: ad annum hunc vſq; quintum
Choſrois imperij: finem adeſſe quo & bella in agro Cholchico ge
rebant: & Mermeroes eſt ſuo fato defunctus Iuſtiniani vero Ro Supputa-
manorum imperatoris annis octo & viginti. Nunc autem vbi de tio tẽpoꝝ
Choſroe perpauca explicarim cõfeſtim ad ea me referã quę nar
rare iam cœpi, Non enim hunc pſæ ſolum vltraq; decet laudibus Choſrois
ferunt & demirantᷓ ſed Romanoꝝ plęriq;: vt eloquentię ſtudio- qualis.
ſum & qui ad noſtrę philoſophię ſummã ꝑuenerit notionem: &
græca opa in perſicam linguã nonnulla tranſtulerit: addunt tamẽ
& ſtagiretem ideſt vini amphorã longe melius propotaſſe q; re-
thor pęanicus olori pſcripſerit fabulam: quinetiã Platonicis im-
butũ dogmatibus tradunt: atq; adeo: vt ne Timęus hunc quidem
prætereat tam & ſi lineari ſpeculatione diuariet: & naturæ rimetᷓ
motus: nec Phędron ipſe/ neq; Gorgias vel dialogoꝝ auctor ali-
us quiſq;: vt Parmenides: & cæteri item quibus varia ſententiarũ
profunditate ſunt multa conſcripta: ipſe vero non egregie adeo
hunc eruditũ fuiſſe exiſtimauerim: vt ſummã diſciplinarũ teneret
Qui enim fieri id poterat: verã illã & liberam vt veteꝝ nominũ ꝓ
nunciationẽ ita & rebus ipſis maxime congruentẽ: lingua q̄dam Opinio
vt agreſtis & rudior & a muſis penitus aliena ſeruaret: quo inq; autoris de
pacto vir regio faſtu ex immodicis adulationibus ab ineunte ętate choſroe.
illectus/ac viuendi conſuetudinẽ nactus ſupra modũ barbaricã:
& qui bella ſemper & acies animo agitarit: exerceri in his poterat

diſciplinis: ex hiſq; ſibi fructus aliquid vendicare. Quod ſiquis ie
circo hunc laudet quia cũ rex eſſet & perſa tantarũq; gentium &
maximarũ rerũ curã haberet: vt cũq; tamen deguſtare artes littera
rias voluiſſet: ex eaq; vt gloriam ita & animi capere voluptatem
profecto & ipſe hunc laudarẽ: perinde p̄ cæteris barbaris admi-
randum. Sed qui hunc nimiũ ſapientẽ appellant: & quaſi philoſo
phos cæteros præſtitiſſet oĩm artium diſciplinarũq; cauſas noſſe
affirmant: & qualem fortaſſe peripatetici maxime eruditũ præ-
finiunt deprehendet / is haud dubie nihil prorſus ea quę vera ſũt
peruidiſſe: ſed vulgi dumtaxat famã ſectari. Vir quidam genere

Vranius quidam.

Syrus Vranius vocitatus dum Byſantij verſaretur artem q̄dem
medicam profitebat: ſed Ariſtotelicę diſciplinę prorſus ingnarus
nil deniq; vera cognitione tenebat: fremebundus tamen & inſo-
lens ꝙ multa ſe percallere iactabat & cũ forte inter cœtus homi
num verſaretur: vt erat ſuapte natura cõtentioſior ſæpe etiã pro
regijs porticibus ipſis aſtabat plęrũq; in librariorum tabernis &
venalitijs aſſidebat: & ad hominũ turmas ſe eodem cogentiũ: ver
ba magnifica perinde mirabundus & ſtupidus factitabat cõſueta
quędam de deo longis verborũ ambagibus: his qui ſe circunſiſte-
rent poſtulantibus qualis nam ſcilicet eſſet illi natura quę nã ſub-
ſtantia: vtrum afficiatur / vtrũ curę ſit expers: & alia quędam eiuſ
modi qui vero iſta profitebatur ne grammaticũ quidem adiſſe vn
ꝙ crediderim: nec vitã forte rectiorem egiſſe: proinde putent hi fa
cile aliquid eſſe & plane promptiſſimũ: aut cuiq; peruium quod
vulgo fertur pedem porrige & theologiam attinge: cũ hanc con-
ſtet rem eſſe & probatã & inexplicabilem & longe ſuperiorem: ꝙ
vt eam aſſequi cogitatio queat imperitorũ qui ignorando hãc de
mirentur / Sunt nãq; q veſperi ex ipſa ſtatim ebrietate & crapula
impediti ꝙ multa deblaterent deq; excellentiſſimis rebus illis diui
niſq; quęſtionibus ſermones indecenter incepterent: & in eiuſmodi
nugando delirent: & haud ſecus ac qui aleam ludunt rixentur: hi
ſce in rebus principatũ nactus Vrannius perinde homericus ille

Vranij cu iuſpiã te-meritas.

Therſites: alios arguebat extraherẽq; in longũ ſermones minime
deſiſtebat & ſi alias de Deo haud ſatis recte ſentiret: nec ſane diſce
ptationem ſinebat iamdiu occeptã: ordine ſaltem ſuo procedere:
ſed apertiora potius confundebat & queſitæ rei propulſabat in-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uentionem. Volebat hic forſitan Platonis pytonem: Sextūq; de=
niq; imitari & eorū more reſponſiones vt fierent: vt finis eſſet nil
obturbari: quia id animo præſumptū iam eſſet: nihil eſſe penitus
conſtitutum. Sed platonica iſta haud ſatis ille didicerat: ni forte ali
cunde venatus perpauca collegiſſet quibus poſſet ineruditos iā
fallere & quēadmodum litterarū erat is re ignarus: ita & bonorū
morum omniū expers iſtiuſmodi cum eſſet vranius ad perſas ſe
cōtulit ꝑ Areobinthum ꝑſam & regis tūc oratorē vt cothurnus
& nebulo ductus: nimirum qui ea ſibi ornamenta ſtolide vendicaſ
ſet: quibus omnino careret: palliūq; protinus induit quod diſcipli
narum magiſtri geſtare apud nos ſolent: ſic itaq; obſtipa ſuꝑbaq;
facie choſroem adiuit: tum ille inopinato miraculo ꝑcitus: & ſa=
crum aliquid eſſe imaginatus: ſuſpicatuſq; verum hunc eſſe philo
ſophum nam & ita apud perſas vocitabat: eundem hunc & libēs
vidit: ac benigne ſuſcepit: Magos deinde ad ſe conuocatos cū nouo
philoſopho vt ſermones conferrent conſtituit: deq; rerū ortu na=
turaq; vt diſceptatio haberetur iniunxit: & vtrum id omne quod
viſitur finē ſit habiturū: namue vnū eſſe oīm rerū principiū putā=
dum ſit Tum Vranius: quod ad rem faceret nil oportune reſpon
dens: vt qui nec reſponſurum quidem ſe a principio cogitarat: So
la audacia & dicacitate: vt in gorgia ſocrates: inter ignaros ignarus
peruicit: quo factū eſt vt vanus ille & demens regem ſic cœperit:
vt non ſolum pecunia ab eo ſit & non parua donatus: ſed regiæ
menſæ admiſſus & eo honore dignatus: vt rex ipſe & prior: pa=
teram huic prēlibarit: quod vtiq; nondum in alios factitaſſet: &
iureiurando dixerit: alias nunq; ſe talem virū vidiſſe: tametſi ante
hac ſummos in vero vidiſſet philoſophos: qui hinc ad ſe cōceſſiſ=
ſent: nā pauloante damaſcius Syrus: Simpliciuſq; e cilicia: & Eu=
lamius fryga: Priſanuſq; Lydus: Hermias prēterea: & Diogenes
ex phenicia: Iſidoruſq; Gazeus in perſiam ſe ad regem hunc viſen
dum contulerant: qui omnes facile hac noſtra ætate omniū erant
philoſophantium principes: hi quidem cū minus placerent quē de
Deo Romani rectius ſentiunt & multorū relatu ꝑſuaſi iam eſſent
ꝑſarum inſtituta & mores cæteris longe prēſtare: in Perſiam ad
regem vt in ea victuri vna conceſſerunt: & eo libentius quod re=
gem in primis iuſtiſſimū cōtinentiſſimūq; eſſe acceperāt & qualē

Vrannius in gratiā regis choſrois recipitur.

Qui philoſophi egerint apud choſroē.

vult plato:vt philoſophia ſit cum imperio iuncta: ſubditos vero
pollere virtutibus:quādoquidem nec fures apud hos eſſent; neqꝫ
prædones:nec deniqꝫ qui iniuſtiora cætera facerent: atqꝫ adeo vt
pretioſiſſima queqꝫ vel in ſolitudine quauis relicta: qui forte in=
uenerit:haudquaq̄ ſit ſublaturus:ſed relinquenti vtcūqꝫ domino
integra omnia aduſqꝫ reditū maneant: vbi tamen eo eſt tandem ꝑ
uentum cū omnia aliter longe ac ipſi acceperant ſeſe habere iā cō=
periſſent:& omnē ſcelerū apud hos ſpeciē exerceri ipſiqꝫ hæc mo
leſtiſſime ferrent:inconſtantię & leuitatis ſe ſtatim inſimularūt:&
mutati loci cœpit hos pœnitere:vnde etſi choſroes eos & beniuo=
lentia proſequeretur: & vt apud ſe manerent precibus fagitaſſet:
confeſtim tamen ad priſtina loca/e/quibus exceſſerant ſe recepe=
runt extimantes longe ſibi potius fore:initis mox Romanoꝝ con
finibus mortē:ſi forte contingat obire:q̄ apud perſas morando
maiora ſibi præmia compare. Sic demū omnes ad priſtinas ſedes
reducti Barbarica deteſtabant̄ hoſpitia. Sed cum interea iter hi fa
cerent:mirandū quiddam his ferunt & dignū memoria contigiſ=
ſe nam cū in agrum quēdam & ꝓſicum philoſophi diuertiſſent
hominis eiectū cadauer viderunt recēs demortui inhumatū: tum
hi legis Barbaricę prauitatē cōmiſerati:quādoquidē nec par fo=
re exiſtimarent: vt vel in partem aliquā natura iniuriam pateret̄/
Cadauer illud per ſeruos elatū terra vt licuit obruerunt:noctu ve
ro his quieſcentibus vnus quidam eo ex comitatu:nō enim nomē
ſat calleo:obuerſari ſibi ſpeciem vidit hominis ſenioris:ſibiqꝫ inco
gniti;alias tamen grauis & venerandi:& qui philoſophię ſtudēti;
vt pallio:ita & barba promiſſiore nihil eſſet abſimilis: ſibiqꝫ ꝑin=
de iubendo:monendoqꝫ:huiuſmodi inclamaſſe:noli inhumatum
humare:ꝑmitte canibus lacerandū/ Terra vniuerſoꝝ mater ma=
tris corruptorem hominē non ſuſcipit. Tum ille q̄ primū pꝛę for
midine experrectus: alijs ſomniū ſtatim renuntiauit / At illi tum
primū dubij animi erant:quonam eſſet id ſomniū euaſurum:ante
lucano aūt tempore ſurgentes progrediuntur: quo erat iter occe=
ptum:agrum eundē carpendo:cogente ad id loci ſitu: in quo pri=
die mortui Cadauer ſuffoderant: nudum illum iterato inueniūt:
in agri ſuperficie iacentem tanq̄ ſponte ſua in apertum remittente
terra;nec tolerante:non a beſtijs abſumptum ſeruare;illi igitur rei

Philoſo-
phorum a
Choſroe
digrediē=
tiū iter.

NB.

miraculo obſtupefacti: iter proſequebantur omiſſo humanitatis officio quod ſibi ex lege iniungebatur / ſomniũ tamen cum interea ſermonibus agitarent: ex eo facile fatebant̃: pœnas luere Perſas pro impudico & materno concubitu: eoq; & inſepultos manere & non iniuria per canes dilacerari. Coſroes igitur & ſi tantorum philoſophorũ periculũ fecerat: Vraniũ tñ longe plurimũ: & mirabatur & beniuolentia proſecutus eſt: cuius rei cauſam inſitam puto humanę naturę qua ducimur omnes: vt noſtra noſtriq; ſimillima gratiora ducamus: & plane omniũ maxima reputemus: declinemus tamen quod eſt alienũ: & ſi præſtantius ſit. Coſrois igitur erga Vraniũ beniuolentiæ: argumento litteræ ſunt & gratiſſimę per eum ad hunc poſt eius ad nos reditũ miſſæ: in quibus Vranium præceptorẽ appellat: quo factum eſt: vt Vranius iſte non vltra videretur ferendus: ex regia amicitia iam inſolens factus, atq; adeo: vt ęque in Simpoſijs / atq; conuentibus his verbis vniuerſos obtũderet: q̄ ſe honoraſſet Choſroes quod apud hũc plęraq; diſputaſſet: ita vt ſiniſterior longe ſtrenuus ad nos ſe receperit: q̄ antea fuerit: perinde ac eius rei duntaxat de cauſa: tantũ ſit noſtrę emenſus ſed alioquin vt mendaciſſimus eſt & perridiculus cum ſæpe barbarũ hunc laudaſſet multis tamen q̄ maxime perſuaſit, Choſroem eſſe apprime eruditũ: & ſane ex vſu euenire id ſolet: vt qui ad omnes accedant & res miras atq; adeo forte abſurdiores: intenti hianteſq; audiant: haud difficulter per eum fallantur: qui & ſua iactare ſit ſolitus: & ad gratiã: aliena p̄inde ingentia explicare: cum minus intelligit̃ qualis nam ſit qui vel ſuas vel alienas laudes canat & quotus ſit ille qui laudat̃ vel cuius rei gratia laudetur: Sed in exercitibus comparandis exornandiſq; armis & bellandi exercitatione quadam aſſidua iure forſitan Choſroem quis demiret̃: vt qui nec pręignauia labori ſuccumbat: nec ſenectutis debilitate: in eloquentia vero & philoſophia talis erit exiſtimandus qualis eſſe non indecenter arguitur: qui & amicus & auditor Vranij ſit.

Cauſa cur pſæ inhumati iaceant.

q̄re Vranius p̄ cęteris tã gratus fuerit Coſroi.



## LIBER TERTIVS.

QVæ apud perſas legitima ſunt & va-
ria quædam vitę & cõſuetudinis im-
mutatio: & alia quæuis quę de Cho-
ſroe eiuſq; gente dicenda eſſe neceſſa-
rio duximus: & ſi prolixius forte ſũt
explicata: ita vt a ſupioribus nõ mul
tum dependeant: haud tamen vel ſup
uacanea videbunt̃ vel inutilia: ſed ad
noſtram opinionẽ: delectationem cũ
vtilitate complexa: ipſe vero
perq; maxime vellẽ: ſi in me

Muſis gratię miſcendæ.

foret: & id plurimi facerem: muſis vt aiunt gratias immiſcere: ta-
metſi alio me diſtrahunt curæ: nec volens quidem vel ſequar vel
ſubeam circũagentem neceſſitatem nã & ſcribẽdi id munus: opus
ſane ægregium: vt lyra bœtica dixerit: occupationibus quibuſuis
excellentius: pręter occeptum mihi detritũq; iter exigitur: non ẽm
mihi fas eſt in his vitam vt ducam quę maximũ in modum oble-
ctant: ſiquidem cũ maxime opus foret: vt imitationis gratia Pri-
ſcorum illorũ & ſapientũ ſcripta repeterem: & per ocium lectita
rem: vt vniuerſa quę vbiq; litteris prodita ſunt & in rem facerent
ſcrutata diligentius noſſem: animũq; his rebus intentũ & ſolutũ
cæteris curis haberem: ipſe vero aliter longe facere cogor: nam in

Autorẽ fuiſſe cauſarũ patronum.

porticibus regijs libelloſq; multos forenſium cauſarũ & negotio
rum repletos: a mane ad occidentẽ ſolem contemplor & verſo: &
obſtrepentibus alijs nimiũ grauor: & angor rurſum niſi & ob-
ſtrepant: vt qui nequeam ſine labore atq; moleſtia neceſſarijs ſa-
tis expleri: ſed neq; hoc pacto quod ad me attinet ſum relicturus:
nec plane ab inceptis deſiſtam: quoad mea hæc me cupiditas duxe
rit: ni forte quiſpiam mihi ſuccenſeat ꝑinde maiora q̃ vires ſint
cupienti: & in dolio vt aiũt: regulam oꝑanti: qđ ſi cui mea ſcripta
adulterina in vero & leuia videbuntur: & ꝑinde ex aĩo prodeun-
tia in multa diſtracto: me tamen forſitan oblectabo vt ſolent ca-
nentium q̇dam inſuauiſſimi Verũtamen ne decætero ad alia item
atq; alia eundo & trãſgrediendo: in rem videar indecorã deferri:
iam mihi reſumenda certamina ſunt: & ad prępoſita redeundum
Tunc igitur cum Choſroi eſſet renuntiatũ: mortem obijſſe Me-

meroem: dolore vt decuit pro accepto iam detrimento affectus
maxime angebatur: vnde ne in Lazico agro exercitus duce orbati
ſine præſide eſſent/Nagoragan protinus præfectũ creauit: virũ
ſane & eloquentem & celeberrimũ: qui cõmeatibus præparatis
ad exercitum ſe conferebat dum hæc interea agerent: mira quędã
& plane nefanda in agro Cholchico obtigere: nam poſtq; Roma
ni: vt diximus: ignominioſiſſimam fugam inierant: rebus ipſis in
partem hoſtibus & in prædam relictis: Gubazes Lazorum tunc
imperator: cum minus ferendum acceptũ dedecus duceret: veritus
ne in maius delictum res ea prodiret: Iuſtiniano mox ſingula detu
lit: præfectos maxime cauſatus & eorũ dementię quod accidiſſet
aſcribens: Beſſam tamen acrius incuſauit: poſt hunc Martinũ &
Ruſticum ex Galatha oriundus is erat: & Græcus: in exercitu ve-
ro nec ducis nec præfecti munere fungebatur: nec miles quidem:
quæſtor alioquin & regię pecunię cuſtos: haud tamen earũ quę
militibus in ſtipendium pendebant: nam alteri erat cura hęc demã
data: ſed quę ex imperatoris ærario ad exercitũ his & in præmiũ
mittebantur: qui inſigne aliquod facinus in bello geſſiſſent: qua ex
re non obſcurus is erat: ſed præpotens factus: atq; adeo vt archa
norum eſſet inter cæteros particeps: ita vt firmitatis tum plurimũ
& fidei principum dicta viderentur habere: cũ illi placerent: Iuſti-
nianus vero & ſi Beſſę antea ſuccenſebat: quia petrã pręſidiũ: ante
Mermerois aduentũ in poteſtatem redactum ammiſerat: cum/e/
regione Hiberię fauces omnes fuiſſet huic ex præfecturę officio
obſtruendę: loci præſertim adiuuante natura: & Lazici agri mõ
tes inuij barbaris faciendi. Id tamen præ ignauia facere intermi-
ſit ſed tempus incaſſum terens ciuitates obibat ſuę traditas pote-
ſtati: quorum oĩm imꝑator nihil oblitus/& recẽtibus malefactis
facile ꝑſuaſus Beſſam cõfeſtim exauctoratũ: priuatumq; oĩbus
bonis in Aſbaſcos exterminauit: ibi tandiu manſurũ quoad de eo
aliud decerneretur: Martino aũt & ſi erat infenſior: ꝑmiſit tamen
pręfecturę primatũ: ita vt inter Pręfectos primus is eſſet & ſecũ
dum locum Iuſtinus teneret: poſt hũc Buzes deinceps item & cæ
teri ſigillatim ſubſequerent: Martinus tamen & Ruſticus vel an-
tehac Gubazi erant infenſiores: cum eoq; inimicitię interceſſerãt
grauiores: ita tamen vt adhuc latitarẽt: ex inuidia alioquin haud

Nagoragas perſis ꝑficitur.

Gubazes pręfectos Ro. apud iuſtinianũ accuſat.

Ruſticus quęſtor.

Beſſa exauctorat.

Simultas pręfector. Ro. cum Gubaze.

longe antea cœptę præcꝫ aſſidua & incõſiderata ſuſpiciõe maximum in modũ excreuerant vnde quicquid per Gubazem gerebatur: ex affecti animi libidine ſcrutabantur / & cum nimiũ ex odio hi angerentur reuocatam moleſtiam confirmabant / Gubazes igitur illorũ in ſe animaduerſa maliuolentia / vicem vt redderet verbis inceſſendo prouectus ignauię illos & inſolentię ſæpe inſimularat. vt quibus curę nil eſſent quę gerenda neceſſario viderentur atcꝫ adeo vt vel in ipſis ſympoſijs vel forte cõuentibus odiſſe hos prę ſe tulerit: vnde nec oratores finitimarũ gentium hos vt adirẽt is permittebat. Quæ ſane cum hi minime ferrent & ex delatis paulo ante aduerſum ſe ad imperatorẽ criminibus iam ſatis callerent: non hunc deſiturũ de cætero ſe criminari: vtcumcꝫ forte deliquerint: mutuo inter ſe inibant conſilia: quemadmodũ Gubazem ꝓcul ab ſe propulſarent: & in præſenti ex eo pœnas exigerent: & in futurum hũc minus formidarent: Vbi igitur diu eſt inter hos cõſultatum ei ſtetere ſententiæ non prius Gubazem obtruncare qꝫ imperatorem temptaſſent: Mittũt itacꝫ Biſantium Ioannem Ruſtici fratrem imperatori qui nunciaret Gubazem Perſarũ partes tutari fuiſſe depræhenſum / Ioannes itacꝫ ſeorſum imꝑatorem alloquitur: & Gubazem defectionis inſimulat abiturũcꝫ mox dicit ad Perſas: ſecꝫ his paulopoſt ac ſua oĩa prodeturũ: niſi extemplo coerceatur: Imperator igitur rei abſurditate obſtupefactus: non dum tamen ita rem fore oĩno crediderat: age inquit curate ad nos ille vt veniat: tum Ioannes veritus ne illo adueniente detegerẽtur inſidię quid ergo ſubdit: ſi ſponte is veniendum nõ duxerit: nũ erit cogendus vt veniat: Imperator itacꝫ cum noſtræ ſit is ditionis reſpondit: quauis eſt arte mittendus Ioannes vero ad ea ſubiecit: ſi coactus abſtiterit: quid deinceps agendũ: quid aliud inquit: niſi vt quę pati tyranni ſolent: ea hic patiatur: & peſſimis deperdatur modis: nil ergo Ioannes ait ei erit verendũ: qui hunc obtruncauerit: minime inquit: ſi obſiſtendo / & minus obtemꝑando vt hoſtis diſpereat: hæc fere eadem imperator ad præfectos ꝑſcripſit: Ioannes vero cum ſatis hæc fore ad ea quę ab imperatore quæſierat: duceret: rurſum ſe Cholchos cum litteris recepit quibus perlectis Martinus & Ruſticus inſtructũ decentius dolum comꝑientes: ad patrandum facinus protinus proceſſerunt Iuſtino itacꝫ & Buze

ꝑfecti Gubazẽ apđ imꝑatorẽ accuſãt.

ad ſe conuocatis: conſilio occultato ad Gubazem eſſe dicũt quã
celerrime contendendum: cum eoq; conſultandũ quo pacto ad
Vnogorim Perſas inuaderẽt: tum illi his præſtita fide: vna iter ar-
ripuerunt: ſequebatur hos pars nõ magna exercitus: Gubazes ve-
ro vbi ad ſe ire p̃fectos cognouit: hoſtile nihil ſuſpicatus circa Co-
bim Amnem his obuiam miſer incautus q̃dem & fidens procedit
cum paucis: & his q̃dem inermibus: nec ad bellum paratis: cur em̃
non ita veniſſet ad amicos & familiares ac terrę cuſtodes; & qui
ſe ac ſua a p̄egrinis hoſtibus liberaſſent: itaq; omnes vbi in vnum
conuentũ eſt: equis adhuc inſidentes inter ſe diſſerebant quemad-
modum eſſet res pręſens adminiſtranda. Tum Ruſticus age inq̃t Colloqui
O Gubazes cura nobis aduerſus Perſas euntibus opem ſimul vt um præfe
feras: & laborem inſumas: Perſis nãq; Onogorim inſidẽtibus In ctorꝝ cum
decorum videtur: tamdiu vt permittatur: intrepide vt noſtra poſ Gubaze.
ſideant: p̃ſertim cum pauci ſint & imbelles. Tum Gubazes vobis
inquit o ſtrenui hac erit in re præcipue contendendũ: qui ſoli eorꝝ
quę proxime obtigere cauſam præbuiſtis: nam ſi in rebus geren-
dis capti nõ ea deſidia fuiſſetis: & animi puſillitate: haud quaquã
hoc tempore noſtris ceruicibus præſidiũ id immineret: neq; igno
biliter adeo/fœdeq; fugam cepiſſetis: nec demũ eorũ aliquid acci
diſſet: quę minus decerent: nunc itaq; o viri optimi ſi glorię ama-
tores vos eſſe fatemini & animo principe nõ indigno nunc glo-
riamini recuperanda ſunt vobis quæ ꝑ negligentiam ammiſiſtis;
ipſe vero nec vos antea ſequor: nec prius bellũ ſum initurus: quã
ea vos omnia in integrum ſarciatis: quę iam deliquiſtis. Tunc Io-
annes ꝓinde quę reſponderat Gubazes: ſatis iam eſſent ad pręme Gubazes
ditatę defectionis & tyrannidis argumentũ: vt fuerat antea malo- vulneraẗ.
rum prænuntius; euaginato clam pugione Gubazi pectus mox
ferit: ſed nõ lætale illi inflixerat vulnus: tũ Gubazes: vt erat eques
& appoſito forte pede: equi ceruicibus inſidebat: protinus corru-
it: nõ adeo: vt reor: ex manu inflicta iam plaga: quã re ſubita con-
ſternatus interea dum ſolo is volutatur: dum aſſurgere nitiẗ: aſti-
tit Ruſtici iuſſu cõfeſtim Satelles & Enſe caput diuerberãdo Gu
bazem confeſtim obtruncat: Iuſtinus vero & Buzes pro re geſta Gubazes
angebant̃ quam maxime: & ægerrime id ſcelus ferebãt; quieti tñ occiditur.
manſere: imperatorem rati prudenter eam licentiã repreſſurꝝ. La-

Zorum tamen exercitus omnis ꝑturbatione ingenti affectus: acri
ter adeo ob regem ammiſſum indignabaẽ: vt neq; ſe intermiſcere
Romanis in poſterũ vellet: nec bella gerere: ſed mortui interea pro
eorum ritu procuratis funeribus: tanquã ſine bello futuri: a Ro
manis receſſerant: vt qui graui affectos ſe cõtumelia crederent: &
Lazorum gens. patriam ammiſiſſe iam dignitatẽ & ſane Lazorũ gens maxima
eſt: & natura inflatior eſt: nam & in alios imperiũ habent: qui pa-
ri magnitudine præſtent: veteriq; Cholchorũ nomine iactabun-
di ſupra q̃ decens eſt gloriantẽ: & forte non temere admodũ: ſiq
dem inter gentes quę ſub alieno imperio ſint cõſtitutę: nuſquam
equidem nationẽ aliam viderim inclytam adeo atq; fœlicem &
ampliſſimis diuitijs ſubditorũq; multitudine celebrem oportunio
ribus inſuꝑ locis: neceſſariarũq; rerum abundãtia & optimorũ
deniq; morum ornatu & dexteritate tam nobilem: Iſtorũ maio-
res Cholchij illi & priſci habitatores: prius q̄dem maritimorũ bo
norum erant prorſus ignari: vt apud quos nõ antea fuiſſet cele-
bre aliquod fanũ quam ad ſe Argonautę ꝑueniſſent: ſed huius tẽ
poris Cholchij ſedulo nauigant: & mercaturę referunt lucra: quo
fit vt nullo pacto ſint barbari: nec ſane barbare viuũt: ſed ad culti-
orem videndi modũ ſe tranſtulerũt: pro Romanorũ aſſidua con-
ſuetudine: ita vt ſiquis æneis pedibus tauros demat: & prodeun-
tium e terra gigantũ: & alia plæraq; portentoſa & fidem vix fa-
cientia: quę Eitis cuiuſdam poemate iactitantur proculdubio cõ-
perturus præſentia ſis: longe plurimũ prioribus potiora: iſtiuſmo
di itaq; Lazi iſti cum ſint: nõ iniuria ſe intolleranda quædam per
peſſos arbitrabanẽ: vt qui ſuo eſſent imꝑatore nulla ratione priua
ti. Martino interea ad id concitante: cõfeſtim Romani vniuerſis vi
ribus ducebantur: Perſas ad Onogorim p̄ſidium inuaſuri: Ono-
Onogoris goris vero hic locus ab antiquo id cognomenti ſortitus eſt. Vn-
norum nãq; antea fuerat: q & Onoguri dicebanẽ & quia ibi cũ
Cholchijs prælio decertaſſent: deuictiq; ſint: in eius rei memoriã
& trophei in ſignũ: id loco inditũ nomẽ: nunc vero apud multos
De diuo Stephano non id nominis tenet: ſiquidem eum beatiſſimi Stephani quẽ pro
optima Chriſtianorũ opinione oĩm primũ ob Chriſti nomen cer
tamen iniſſe & ab aduerſarijs obrutum lapidibus ferunt: eodem
templum inædificatũ fuiſſe: eius ex nomine vocitari & locum in

ſtituerunt: nobis vero nil fore impedimento exiſtimauerim: ſi ad
loci cognitionem vetuſtiſſima/ & ſua appellatione vtemur/ nā &
hiſtoriæ longe magis id nominis conuenit/ Romanorū igitur co=
piæ omnes ad iter ſe præparabant/ vt Onogorim ſtatim contende
rent nam & ſceleris auctores in id incūbebant/ ſpei iam pleni diru
ere ſe præſidium poſſe & hac via fore credebant. Impatorem/ vel
ſi id reſciſceret doli quem ipſi ſceleratius cōmiſiſſet: vt ſibi nō acri
us ſuccenſeret: ꝑfecti igitur oēs cum vniuerſo exercitu in Arche=
polis campo: caſtris iam cōmunitis: teſtudines: vineas baliſtaſq; &
alia tormentorū genera machinabantur. Eſt aūt teſtudo vimini=
bus intertexta: cō camerataq;: & in tecti ſpeciem facta firmior q
dem præ denſitate & ipſo curuamine eodem cōtextu latera habet
ad ſolum vſq; demiſſa & protegentia ſubeūtes: ne a latere feriant

Teſtudo.

coria de ſuper vndequaq; ſuperiniecta: & obfirmata integūt ma
chinam: vt maiori ſint munimento: ſagittarūq; & iaculorū ictus
excutiant intus milites ſunt in tuto deliteſcentes: q machinam tra=
hunt: & quacūq; volūt deportāt: vbi vero vel turri vel mœnibus
hæc applicatur tunc maiori ex parte milites adiacentem terrā amo
liuntur: qua frequenter auecta fundamenta mox nudant: vecti=
bus deinde & dolabris continenter incuſſis: ædificium quatiūt: &
demū demoliunt: Interea vero per Iuſtini Satellites Perſa vir qui=
dam comprehendit: qui circa præſidium vagabatur: is in caſtra cō
feſtim delatus: queſtione habita cogitur vera profari & ſibi quid
vellent hoſtes edicere: Tortus itaq; Achoragan dixit in Hiberiam
iam peruiniſſe ſe aūt miſſum: vt qui in præſidio eſſent bona ſpe cō
firmaret ſignificaretq; & præfectū ocyus affuturū: referebat p̄=
terea & Perſas qui ad Muchiriſim eſſent & Cotaiſim collocati:

Explorato perſa a Ro. interceptus.

dixiſſe non longe poſt & ſe ſuppetias aduenturos: cū certiores eſ=
ſent de Romanorū in ſe aduentu iam facti: his verbis quæſtione
extortis: Romani de rebus præſentibus ſedulo conſultabant: ſed
Buzes eius ſententiæ erat: vt cū vniuerſo exercitu hoſtibus in ſe ad
uentantibus mox obuiam irent: quibus erat neceſſe propter pau=
citatem deuictis vt id ſequeretur: vt Perſæ qui in præſidio eſſent
iam deſtituti quā primū ſe dederent: quod ſi vel forte obſtiterint:
paruo hos momento deperdi poſſe rebatur: placebant hæc dicta
Vligago Herulorum præfecto: vnde is vſurpatū prouerbium

Conſultatio romanorum.

Vlilagi heruli puerbium.

& ſi barbarū & parui momenti: vtile tamen: & alicuius energiæ
identidem p̄dicabat: primū abigendas apes eſſe deinde & mel ſub
trahendum: tum Ruſticus: vt audax iam & violentior factus p=
indeq; ex nefario ſcelere fremens: & cū Martino p flagitium inita

Simultas præfectorū inter ſe.

concordia: Buzem & ſi optime cōſulentem: infeſtius & contume
lioſe coarguebat: vt minus quę in rem forent animo agitantē: ſed
longe potius fore aſſeuerabat: vt ſupuacaneo labore exercitū mi
nus defatigarent: ſed eueſtigio applicarent pręſidio copias: quibus
id dirui facile poſſit & auxilia aduentantia p̄uenire ac paucos his
obuiam mittere: qui eos morentur: ne forte ex improuiſo in ſe im
petum facerent: Buzis tum vt pro rei natura: ita & optima belli=
gerandi arte: longe melius conſiliū erat: & facta ſimul cum ſecuri
tate prębebat. Sed cum oīs multitudo patrati ſceleris vt particeps
facta ſceleſti facinoris auctores principes ſequeret̄: deterior & pla

Romanorū cōſiliū de inuadē dis hoſtibus.

ne inutilis ſententia vicit: vt extē plo hi luerent poenas: in Perſas igi
tur qui ex Muchiride veniebant equites ſexcenti mittuntur: quos
Dabragezas & Vſigardus ductabant barbari genere: Romano=
rum tamen Cohortium duces cæteri oēs cum ipſis præfectis pręſidium ſtatim operā nauando aggrediunt̄: nam machinis & opi=
bus confeſtim admotis portas amoliri temptabant: moeniaq; cele
riter obeundo: vndiq; tela in hoſtem iaculabant̄: Perſæ vero: nam
& hi quidem ex propugnaculis excurrentes: vtcunq; licebat ſeſe
ex inſtantibus tuebantur: Crebrius ſagittando: exterioraq; defen=
dendo: linteos namq; & culcitras ex ſummo ſuſpenderāt qbus &

Cōflictus

ictus hebetiores reddebant: & vbi primū inflicti eſſent inuoluebā
tur: Summa itaq; cum diligentia & animi promptitudine bellum
vtrinq; & inuicem gerebatur: & ſpectari iam poterat acie magis
quam obſidione de ſumma rerū decerni: tantus ex vtraq; parte tu
multus excitabat̄: & in rebus gerendis ardor & oſtentatio his qui
dem pro ſalute pugnantibus vt nō mediocri inſtante diſcrimine:
illis enixe iam facientibus: Quia Indecorū admodum videret̄: ſi re
infecta in præſenti abſcederent & iterato eſſet ad hos redeundum
vel nō ſtatim præſidium caperent: & huius propinquitate Arche
polim liberarēt: Perſæ interea ad equitū tria milia & bellicoſi: acie
inſtructa ex Cotaiſe Muchiriſeq; mouerunt: Onogorim petituri
hi cum incautius forte progrederent̄: perinde hoſtile nil veriti: in

Drattagezam & Vſigardum ꝑfectos derepente incidunt: quos — Perſę Ro. 
hi ex inſperato turbatos extemplo in fugam verterunt qua re Ro — equites in
manis renunciata: audacius ex re bene geſta & mox impetu facto — cidunt.
de præſidio pendentia vela ſubtrahere: & ꝑinde oīa direpturi: &
hoſtibus in fugā actis: ac nemine repugnāte: paſſim ꝑ muros diſ
ijcere: Dum hæc ꝑaguntur: equites illi qui ſuis auxilio veniebāt:
vbi certiores ſunt facti nō vniuerſum Romanorū exercitū: quod
prius crediderant in ſe irrupiſſe: ſed perpaucos quoſdam tanquā
exploratores potiuſquā bellatores reliquos eſſe confeſtim ſe ſe in
hoſtes barbarico/ & maximo vlulatu ex fuga conuertūt / quorū — Romano
cum impetū / & ſubitam rei immutationē Romani minus tuliſ- — rū fuga.
ſent: retrocedere ſtatim coguntᷣ & magna celeritate fugam capeſ-
ſere inſectantibus quā proxime Perſis: atque adeo vt vna deferrē
tur: cum hij hoſtes vt caperent: illi vt fugiendo euaderent niterentᷣ
quo factum eſt vt tam inſectantes quā fugientes ad Romanorū
alia caſtra mixti ꝑuenerint: vbi tumultu vti par erat: protinus ex-
citato Romanorū copiæ omnes cōtempta obſidione & proxima
præſidij euerſione nil magnifacta: cum præfectis ipſis abibāt: &
præcipites adeo: vt ne tam diu ſint fugam morati quoad ſaltem
reſciſcerent quid nam eſſet quod gerebatᷣ: quot ve hi forent a qui
bus tam turpiter fugarentᷣ ſed euerſim deferebantᷣ: perinde Lim- — Reſidui
phatici & pauore ſubito perciti tumultuabantᷣ: Perſę vero auden — exercitus
tiores iam facti acrius Romanos inſectabantᷣ: acceſſerat & præſi — Ro. fuga.
diarij militis manus: qui cum ex edito quę gererentur ſpectaſſet:
ex præſidio mox prodeundo ſuis ſe immiſcuerat: vnde alterna ex
hortatione hoſtes in fugam apertius cōpulere: quo factum eſt: vt — Perſę vn-
Romanorū iam equitatus facile extra iactum ſagittarum: effuſo — dequaq; ī
curſu eueheretur: pedites tamen quā multi cadebant in Cithari flu — Ro. ferūtᷣ
minis ponte nimiū coarctati: vnde tranſeundum omnino his erat
vbi cum prę loci anguſtijs euadere nō multi poſſent: concutiendo
ſe inuicem alterniſq; cōpellendo: in vndas partim præcipitabantᷣ
partim cū retro ſe verterent: vt qua venerāt redituri: in manus ho
ſtium ventitabant: & erant paſſim mala malis immixta & ſane nil
ambigo fuiſſe ad internicionem oēs caſuros: ni Buzes prę fectus
vociferantibus & ingemiſcentibus ſuis cognita ꝑiculi magnitudi- — Buzes ꝑ
ne: ſe cum familiaribus copijs cōuertiſſet: ac barbaris obſiſtendo — ſas moratᷣ



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſenſim inſectationem intercidiſſet: quouſq; ſui ponte tranſgreſſo in tuto vbi & cæteri conſtitiſſent: nam & ad alia caſtra quę proxime Archepolim metati iam fuerant: nemo ſe nec vnus qdem a fuga recepit: ſed prę formidine hæc prętergreſſi in intima loca incolumes profugerunt: relictis oībus quæ in caſtra fuerant: antea Per ſe importata: ſiue victui neceſſaria: ſiue alia & cariora maioriſq; precij: vnde nō ſolum glorioſam & ſupbam / ſed vberem & lucroſam hoſtibus victoriam cōceſſere / qui cū campos hominibus vacuos comperiſſent / ſolutis munitionibus & oībus quæ intus eſſent in prædam actis / Læti & alacres redierunt / & prioribus ſunt locis potiti / veruntamen cur non pſpicuum fuerit diuinam iram pro ſanguine tam impie fuſo / Romanorū copias fefelliſſe / ne ea quæ in rem eſſent / viderent cū peiora ſibi cōſuluiſſent / ſiquidem cū ad hoīm quinquaginta milia eſſent a milibus tribus Perſarum fugati tam ignauiter ſint: & cū magna ſuorꝝ iactura: cum alioquin & hi qui fœdi eſſent facinoris autores & ſanguine ſe inquinauerint: haud longe poſt pœnas dederūt vt in progreſſu ſumus explicaturi: hyeme igitur iam ſubeunte per caſtella atq; pſidia vniuerſus exercitus diſpergebaṫ: vt cuiq; erat vbi iam hibernaret iniunctū. Interea vero Cholcorum res in ambiguo erant: & magnū in modum obturbabanṫ: cū principes omnes dubij animi eſſent: quorum nam fierent aut quorſum ſe verterent: vnde & in quoſdam ſub Caucaſo monte ſeceſſus: in occulto gente vniuerſa coacta: ne Romanis de quibus conſultareṫ: notiora forſitan fierent: in concilio propoſitū eſt: vtrum eſſet ad Perſas deficiendum an de cætero apud Romanos manendū. Tum multa in vtramq; partem dici iam cœpta / alijs itaq; atq; alijs in diuerſa hortantibus confuſius & turbulenter conciliū inibatur: cum nemo vel proderet nomen: vel quid diceretur intelligere apertius poſſet. Tunc vero qui inter hos potentiſſimi erāt: multitudini indicto ſilentio edixerunt. Vt qui dicere aliqd vellet ex ordine cōfeſtim prodiret: & agenda quę videreṅt diſſereret: quicūq; is eſſet vir / itaq; perſacundus quidam: cui nomen Eetes erat: perq; grauiſſime præ cæteris oībus quod contigiſſet ferebat: cum alias eſſet Romanis infenſior: & Perſis ſemp accederet: vnde & eo magis cauſę ęquitate abuſus: in maius ſemp rem geſtam extollere: & præter modū adnite-

Perſę pda potiunṫ.

Diuina vindicta.

.L. milia. Ro. a tribus milibus fugāṫ

Cholcorū conſilia.

Eetis cholchi cōſiliū

batur: nec præſentibus in rebus opus conſulto fore dictabat: ſed
ad defectionem extemplo progrediendũ: obſtantibus alijs & af=
firmantibus: haud quaq̃ prius eſſe de tota vita deliberandũ: quã
ſibi maturius conſuleretur quid nam ſit factu potius viſum. Eetes
demũ vbi in medium & turbulentius proſiluiſſet: tanquã in libe=
ri populi concione: orationẽ habuit & hanc luculentam: erat nan
q̃ ſuaptenatura ad dicendũ hic promptior: q̃ barbarorũ ferat cõ
ſuetudo: vt qui ex ſententijs videret̃: naturæ dexteritate ex arte lo
qui dicere: itaq̃ hoc modo exorſus eſt: Si verbis nos qui offendiſ Eetis orõ
ſent Romani: verbis item & nos in eos agendum exiſtimaremus:
tunc vero tolerari quo pacto id poteſt: cum ipſi quibuſuis nos &
grauiſſimis malis affecerint: nobis vero id tp̃is ad reddendam vi
cem oportune oblatũ: diſſerendo & cõſultando iam defluat: neq̃
enim affirmari id poteſt: & ſi hoſtes hi ſunt haud tamẽ re ipſa ho
ſtiliter in nos ſe geſſiſſe iſtos deprehendi: nam & coniectura id ꝑ=
cipi poterat: ſi modo vel animo id volutaſſent: & ſane q ſi rem ge=
ſtam velint pro certo iam confirmare: haud quaq̃ argumenta ſũt
ei cõmemoranda: quibus inſidię latentes pateſcerẽt: Gubazes no
ſter ille & tantus tã miſere nuper deꝑditus eſt: ac quiuis poſſet/e/
turba neglectior homo deꝑdi: euanuit Cholchorum vetus digni
tas illa: nec de cætero nobis: vt alijs imperemus eſt annitendũ: ſed
gratiæ loco habendũ: ſi modo liceat ab his non multũ imminui:
quos olim in poteſtate habuimus. Quo igitur pacto nõ abſurdũ
maxime id videatur: ſi ſedendo nunc de his conſultemus: q̃bus no
ſtra coerceantur: & vtrũ Romani amici an inimici habendi ſint iu
dicemus. Enimuero vos eſſe nõ neſcios decet: Romanorũ auda=
ciam non eotenus ſtaturam: quod ſi patratũ id crimen nos his re
linquamus: haudquaq̃ a cœptis deſituri hi ſũt: ſed vel quietos im
pudentius ꝑdent: ſunt namq̃ neſcio quo pacto nimiũ in ſubditos
audentes: & aſſueti qui ni ſibi geſſerint morẽ: contemnere: habent
iſti & imꝑatorem nequiſſimũ & quẽ plurimũ iuuet aſſidua rerũ
p̃ſentiũ cõmutatio quo factũ eſt vt extẽplo cędis ſit ſcelus admiſ=
ſũ: illo q̃dem ſuꝑbe iubẽte: his promptius iuſſa adminiſtrantibus
Et iam prorſus euertimur: cum nec priores ipſi iniuriam intuleri
mus nec alias odia interceſſerint: ſed ea qua prius nitebantur con=
ſuetudine: teneri hi ad id tempus videnẽ: nam omniũ ſceleſtiſſima

cõmiſerunt:vt qui tam ſubito crudelitate odio furijs ſint:& eiuſ-
modi cæteris ingurgitati:haud tamen iſtiuſmodi Perſarum ſunt
mores. Sed plurimũ differunt hos nãq; quibus cũ amicitiam ſe-
mel conciliarũt conſeruare firmius admitunt & iram in hoſtes tam
diu exercent:ꝙdiu ſunt hoſtes ſed vellem equidem priſtinas Chol
chorum rei publicę nunc vires adeſſe:ita vt nec ꝑegrinis & aduen
titijs quoq; pacto præſidijs indigeret ſed in oẽs de ſe tam bello ꝙ
pace ſufficeret verũtamen vbi vel temporꝝ varietate vel aduerſan
te fortuna:vel vtriſq; ſimul vrgentibus:ad id tandem impotentię
venimus:vt ſub aliorꝝ ditione nunc ſimul longe potius Perſas du
xerim adeundos qui & modeſtiores videnť:& erga ſuos ſe beni-
uolos exhibent:& firmius tenent:qđ ſemel ſanxerunt:hac via &
de hoſtibus certiorem victoriam referemus:quia nõ omnino im-
punitum id facinus relinquetur:& in poſterũ:quę profutura ſũt
ſic compabimus:vt in tuto conſtituanť:nam iſti qui verſutis ſunt
& ſubdolis moribus:& fallam pre ſe ferũt benignitatẽ verbiſq;
ex arte delinientibus credulos fallunt:inutiles proculdubio ſunt:
his tamen de cætero vti nos minime poterũt:quandoquidẽ inter-
cedentibus inimicitijs:nulla nobis cũ his ſit futura cõſuetudo:ſed
ſeorſum erimus & palam diſiuncti quod ſi nos forte oppugnare
temptauerint:vbi omnino cũ Perſis & Lazis his ſit ineundũ cer-
tamen:& in hoſtili præſertim:profecto noſtrorꝝ nec primũ quiſ-
dem hi impetũ ferant:nam & nuꝑ vniuerſis eductis in præliũ co-
pijs:vbi cũ tantula Perſarũ parte manus conſeruiſſent in fugam
turpiſſimã verſi/& ingenti accepta clade p̄cipites abiere:atq; adeo
vt vel ad id tempus ex accellerato itinere ſpiritũ trahant:& cum oĩ-
bus ſint imminuti:ſola celeritate ſe inſectantes vicerũt:cuius rei ꝑ/
ſpicuam & promptiſſimã cauſam:eorũ ignauiam fuiſſe quis di-
xerit:& praua cõſilia iſtiuſmodi dedecora familiaria profecto his
ſunt & innata:ad quorꝝ naturæ ingenita mala patratũ ad recens
ſcelus acceſſit:& infortuniũ duplicauit:ſiqdem a prouidentia illa
diuina ob admiſſum flagitiũ exciderũt:victoria nãq; non armis
adeo ac pietate paratur:nõ enim reor bonitatis illius & ſũmę pręſ-
ſidio frui:prauos quoſdam & nefarios viros:vnde nec iſtorum
quidem ſi ſapimus habenda ratio eſt:quibus:nec bona mens inſit
& plane ſit ille inſenſior qui vniuerſis afferre ſalutẽ queat:Quod

autem facile nobis res ſint proceſſurę conducturæ q̃ plurimū ac deo ſint ipſi acceptiores: ex factis potius liquet q̃ verbis: quin po tius nec iniuriam videbimur intuliſſe: nec quoq̃ pacto pfidiæ ar guemur perſæpe nos: & ſi ante hac affecti p Romanos contume lia ſimus: in officio tamen pmanendū cenſuimus: fore vaniſſimū iudicantes leuiter adeo & quibuſuis decauſis inmaturi: vel ſi for te grauiſſimę fuerint: & tollerabiles tamen & non oīno abſurdę. At ingentia detrimenta & inſanabilia pati cōtinenterq̃ & ſine mo leſtia ferre: neq̃ nulla vel indecēti vel abſurdiſſima cōmoueri nō ſapientis eſſe aſſeuerauerim: ſed calamitoſi & timidi: & eius deni q̃ qui ſub imperitię nomine deſidiam in rebus publicis velent: hoc vero cędis facinore nullū atrocius duxerim: vſpiam gentiū fuiſſe patratum: neq̃ antehac factū videri poſſe vnde nec illud qdem per nos cōtemnendū: quibus oīno futurū ignominię eſt ſi impe ratoris videbimur nil reminiſci: vel occiſoribus eblandiri Si cm li ceret nunc ei adeſſe quibuſuis modis nos increparet: & acrius no ſtram animi incuſaret ignauiam: iſti vero oīm ſceleſtiſſimi pro cō miſſo in regem tam atroci facinore eius in terris nunc immoranť: e quibus pauloante eiecti ſunt. Sed quoniā neq̃ affuturus eſt ille neq̃ apud nos verba facturus. Vos tamen hunc virū animis ve ſtris verſate: ac pinde in hoc noſtro conuentu aſtantem cogitādo & imaginando cōſpicite: intuemini oſtentantē exceptū ſub pecto re vulnus: & caput: orantēq̃ ſuę gentis hoīes de hoſtibus pœnas vt exigant: proinde quis vos tolerabiles ducat aut collaudet dubi os tamdiu & conſultantes: vtrū par ſit a Cholchijs vt Gubazes id conſequať: vt ſcilicet ſui misereanť: nobis vero verendū erit: ſi deo placet: ne defectionis pinde indecentiā: dum interea extimeſcimus patrati ſceleris participes ſimus: ſi mortuo ſumendas pœnas relin quimus: quin potius: vel ex eo pfidiæ arguemur ſi eius dumtaxat ex vita noſtrā erga ſe metiendo beniuolentiā: illius memoria pfru amur: nam rebus proſpe ſuccedentibus: maioris dementiæ fuerit pręcognita velle iterato pdiſcere rebus vero aduerſa fortuna dela tis: inutile duxerim: nō protinus ſe caſibus coaptare: eſt namq̃ fir mitas omnis in his iudicanda quę ratione nitanť præſentibus ve ro inſiſtere: haudquaq̃ ſemp eſt laudabile: niſi accedat cū rebus ip ſis & ſapientia. Cum aūt illud contigerit ea vt nos contemnamus

quæ opus eſt meminiſſe: & minus decentibus inhærendũ duca-
mus qui ad priorã acceſſerit & ſemel cõtempta magis eſt incuſan-
dus: q̃ qui ſe ad alia transferat. Si itaq; Perſę his auditis & cogni-
tis nos iure admittant & tueant: cum bonitate hi & animi magni-
tudine preſtent: & peridonei ſint finitimoꝝ poſſe animos cõtẽ-
plari: & terram hanc noſtrã tam maxime oportunam exercituſq;
hos ipſos ſatis percalleant: quos facile multis pecunijs potiores hi
duxerint: & eo magis quo & volentes in ſocietatẽ ſint admiſſuri.
Quid aliud iubet preter id cogitare niſi vt q̃ primũ rem ipſam ag-
grediamur: & qđ diu animo agitamus hoc pacto & laudem con-
ſequemur nõ mediocrem: & æquiora quędam ſumus facturi &
Cholchi ĩ Ro. concitati. ad vtilitatem inuenta. Hæc vbi Eetes deniq; perorauit: extemplo
multitudo omnis elata: magnis clamoribus concitabat: nec ſecus
ac die eadem ad defectionem ituri: tametſi nec Perſas q̃dem ea de
re certiores feciſſent: nec alios ſuis in locis cõſtituiſſent: ꝑ quos res
tanta occuleret: & prohibeãtur Romani ſi ſe forte oppugnatum
venirent: nec futura cætera his erant p̄meditata: nec plane ꝓuiſum
quo eis eſſet cœptũ id opus deniq; euaſurũ: vnde confuſi oẽs &
ſine ordine ferebant: & ſane id omni multitudini natura inſitũ eſt
nota multitudinis. vt rerũ nouitate: & immutatione lætet: Cholchij tamen acerrime
concitabant: non ſolũ & barbare: ſed quia ęquiorem ſibi defecti-
onis cauſam oblatã eſſe arbitrabant: itaq; Eetis orationẽ q̃ ma-
ximi faciebant & mirabant. His igitur ita tumultuantibus: vir q̃-
Pharazis Cholchij oratio. dam Pharazes noĩe: qui apud Cholchios & auctoritate valebat
& gratia; prudens quidem & popularis: iſtorũ impetũ retardauit
ardoremq; fregit: deprecatus ne prius ad facta prodirent q̃ ſe au-
diſſent pauca diſſerturũ: vix tandem ſui ob verecũdiam his ꝑſua-
ſis: & ſuo loco manentibus Pharazes ipſe in mediũ prodeundo
verba iſtiuſmodi fecit. Iuſtiora quædam ꝑpeſſi eſtis/o/ Cholchij
qui vi quadã exculte & nimiũ ex intumeſcentis orationis eſtis iã
animis obturbati: Eſt ſane eloquentia ipſa res quædam difficilis
oppugnatu: quippe quę vniuerſos mortales & caꝑe & ꝑterrefa-
cere queat: & eos præcipue qui haud dum fuerint q̃d de ſe ora-
tio valeat ꝑciditati: ſed nõ omnino prudenti hæc animo: & ex rerũ
pendẽti iudicio non ꝑuicibilis eſt: nolim igitur vos quæ ꝑ Eetem
ſunt explicata oblectent: Conſiderantes ſola temeritate & cõſue-

tudine hæc fidem feciſſe: Sed noſſe vos velim: qd' ſi vel grata hæc
vobis admodũ videant̃: deligi tamen etiã alia poſſe quæ lõge ſint
his potiora: & quibus ꝑſuaderi vobis facilius liceat: illud vero de
ceptionis ꝑſpicuum vobis ſit argumentũ: ꝙ qui falſa velit perſua
dere: maiori quodã verborꝝ ornatu: & varietate is indiget: vnde
delinimentis vtatur: qbus deſipientes pelliciat: eundem & ipſi im=
modũ Eete deceptiunculas proponente & ſi alias allicibiles quaſ=
dam & plane abſurdiores haudquaꝙ noſtis per vnũ hunc vos ſe
duci & falli: nam & ſi aliud nihil: illud tamen in promptu poſitũ
quis inuenerit fallaciȩ argumentũ: nam in orationis principio ali
ud quiddã exorſus eſt longe plurimũ ab his alienũ quȩ in præſen
tia agimus ſiqdem ꝑinde nobis oĩbus quȩ obtigerunt nil eſſe gra
uia aſſerentibus nec eã cædem vt iniuſtã abſurdãꝗ incuſantibus
& illud dũtaxat cõſiderantibus nũ deliquiſſent qui Gubazem oc
ciderint: hos quidem criminari iam deſijt cũ aloquin: de his quæ
cognita ſunt ꝙ plurimis ægit: Ipſe vt abhominãdos fore: hos du
xerim & infœlices & quos lubens viderim morte deꝑdi oĩm atro
ciſſima: nec ꝑcuſſores ſolum & qui illatis manibus cȩdem fecerũt
ſed & cæteros oẽs: qui cum cohibere hos poſſent pro arbitrio tñ
agere ꝑmiſerunt & eos inſuꝑ quibus ſic voluptati cædes hæc fu
it: vt non plurimũ indoluerint: haud tamen etſi ita afficior: ad Per
ſas ire expediet: neꝗ id eam in partem quis cœperit ꝑinde par ſit
æquitatem ipſam id: ſibi congruens ſubſequat̃: vt ſi alij nequiter
egerint: & nobis neceſſe ſit patrias leges relinquere: & nõ potius
eorundem odiſſe ꝑfidiam: ſed in ſimilem opinionem concedere.
Nunc vero quãdoquidem quod ſemel euenit pactumꝗ eſt: quo
minus effectũ ſit: naturã haudquaꝙ admiſerit: cauendũ erit omni
no: ne forte dum ꝑ iram & animo cõceptam moleſtiã conſultan=
do obliuiſcimur noſtri: iudiciũ confundamus ommiſſa potiorũ
inuentione: ſed eotenus ſubtrahenda hæc eſt animi ꝑturbatio: ne
videamur id facinus neglexiſſe: & rebus ipſis in poſterũ ita proui=
deamus vt ꝙ optime cõſtituant̃. At qui deſipientiũ eſt malis prȩ
teritis continenter indoluiſſe & angi. Sapientiũ vero temerarios
fortunȩ caſus prȩnoſſe: & rerũ viciſſitudine nil cõmoueri: nec cũ
his ſimul quibus priuati iam ſumus vel futurorꝝ ſpem oẽm amit
tere: Sed Eetes iſte tã bonus conſultor: & ſi antehac cũ Perſis ſen=

diret: ad hoſq; vos ſimul trãſferre cupidior ſit: proinde pueros nos
nititur pauefacere: cũ Romanos dixit nõ his deinceps ſtaturos q̃
iam auſi ſint ſed maiora nobis exhibituros negocia: & impatorẽ
nouarũ eſſe rerum pcupidum: eũq; vt Gubazes occideret man-
daſſe: vt iamprid̃e id procuratũ decretũq; fuerit: & eiuſmodi nar
rans effert laudibus Perſas & demirat̃ pſuaſurum ſe ratus: vt in
ſenſiſſimis natura hoĩbus vltro in ſeruitutem nos cõcedamus: vo
lenteſq; ad hos deſciſcamus: ad id nanq; eius oĩs contendit oratio
ipſumq; id etſi diu parturit / nũc machinat̃: eius vt cogitata factis
iam ad exitũ prouehat: & dũ temere: indiſcuſſiſq; rebus ad ea vos
concitat: cõſultandi ordinem cõfundit & turbat: ad idq; quod in
utile eſt demũ traducit: Conſultatio nãq; ſemp præcedere cõſue-
uit: obſcuraq; & ambigua opportune caſtigat: vbi vero mox cõ
ſultando quid ſit agendũ aperte dignoſcitur: tunc demũ eſt vt ad
ſit neceſſe: & cõſequi velle & poptare quę placita ſunt. Iſte vero:
ex Epilogo exordiũ facit: & prius eligit decernitq; quã rem aperti-
us contemplet̃. Quod igitur ex conſilio ſequet̃ vtilitatis ſi ea quę
prius ſunt decernenda poſtremo conſtituantur: vobis itaq; o viri
Cholchij p̃occupatis re aliqua animis finemq; vnũ aliquem iã de-
ſtinatum cõſiderantibus: ad ea quę in rem faciant & cõquirenda
& conſultanda prodeundũ eſt: poſſunt nanq; neſcio quo pacto
violari rerũ euentus: & ad animi voluptat̃e traduci: cũ contra vt
fieret decentius eſſet: vt eas in res ſimplex quædam & libera cogi-
tatio ita immitteret̃: vt caſus maturius decernendo: ad ea deniq; p
ueniret quę profutura oĩbus eſſent: ſic itaq; cõſultantibus nobis
protinus videret̃: neq; ex Romanis agminibus: neq; ex oĩm præ-
fectorũ conſenſu: & eo minus nec impatoris Romani Gubazi
cõparatas fuiſſe inſidias ſiquidem apud hos celeberrimũ ſit & pla
ne indubitatũ. Ruſticum & Martinũ noſtro regi ob eius fœlici-
tatem magnope inuidiſſe: vnde & in voluntariã p̃cipitaſſe infœ-
licitatem cũ ſatis conſtet p̃fectos alios nullã his opem in nefario
ſcelere attuliſſe: ſed prę ſe potius rem ęgre tuliſſe: quocirca iniquũ
pariter atq; inutile duxerim vt vno quodam vel altero delinquen
te in oẽs ſimus & cõmunes leges iniuriam illaturi: quas vtiq; per
nos obſeruandas ſtatuimus: rem publicãq; vniuerſam & cõuer-
ſationem diutinã & peramicã prodituri nũc ſimus & demũ tam

leuiter euerſuri: vel eos inſuꝑ prodidiſſe coarguamur: qui has terras tuentur: diſcrimina ꝗ & multa ſuſceperint: vt ipſi tot bonis affecti viuere tutius valeamus: & quod oīm impijſſimū foret: vt rectiorem ad Dei cultū opinionē: ita & ſacrorū & archanorū videamur venerationem ſpreuiſſe qui enim nō id agere nos videremur: ſi ad eos qui Deo ſunt infenſiſſimi cōceſſerimus. Quod ſi ꝓhibituri nos fuerint: ne in noſtro hoc cultu de cætero maneamus in ſuūꝗ forte auerterint: quid ea re eſſet grauius toleratu: quādo quidem vel viuentibus nobis eſſet mors obeunda. Quid enim ex eo eſſet emolumenti futurū: ſi Perſidē vniuerſam: ita vt dixerim: conſecuturi animę iactura afficeremur. Qui ſi forte vel noſtris nos ritibus viuere ſint ꝑmiſſuri: haud tamen ſtabili beniuolentia proſequenť: ſed falſa & ſimulata: & neceſſitati admenſa: qui eñ varia ſenſerint verſari ſimul nil poſſunt & ſane nec timore intercedente: nec beneficio duce fides in his ſtabilis manet: ni forte eadē & rectius ſenſerint/ ſic eñ nobis & cognatione iungerenť & fide ſin vero de fore hæc viderentur noīe tenus familiaritatē prętenderent: factis vero alieniſſimos ſe exhiberent: Sed qua nā bonorum ſpe ducti ad Perſas ſumus nos trāſituri: qui vtcūꝗ nobis futuri ſunt hoſtes: nec plus aliqd ſumus ab his habituri ꝗ nūc habemus niſi ꝙ eo facilius affici ꝑ hos iactura & maiore quadā poterimus quo ex occulto poſſit minus caueri: ꝗ ex apto. Sed concedať neꝗ iniqus fore id facinus nec indecorꝫ: ſi ad hos deſciſcamus: fateamur præterea Perſarū mores & ſtabiles eſſe/ & fidos/ & q ſemper in pactis & cōtentionibus ꝑſeuerent: velim etiā nihil ſint nobis impedimento futuri. At viriū nobis ſatis nō erit: quo enim pacto ad alios ſumus nos cōceſſuri: Romanis inſtantibus tanta hoīm copia fortiſſimorū: & tot ꝑitiſſimis præfectis illas ductantibus: vel quouis modo nō pœnas deniꝗ luituri: cū Perſæ ipſi q nobis opem eſſent forſitan allaturi procul hinc in Hiberia cōmorentur Romani vero qui nos affecturi ſupplitijs ſint: terras has oēs iam occuparint: & noſtras inhabitent ciuitates. Porro vir iſte ꝓſtrenuus: nec noſtrū qdem impetū: Romanos dixit laturos: cuius rei in argumentū his vtitur quę pauloante in bello his obtigerūt: ſed quis nā ignoret belli viciſſitudines nō certa neceſſitate accidere: nec eos qui nūc forte fallunť: eandem ſemꝑ ſortiri fortunā ſed aliter

longe:vt plæraqꝫ euenire:ſiqdem cõpertum iam ſit: ad victos ſæ
pe redire victoriã & calamitoſos fortunã plęrũqꝫ iuuare:nõ igi=
tur vobis eſt ſupra q̃ꝫ deceat his confidendũ : Quod Romanis ſit
conſuetũ in oĩbus certaminibus vinci:nam ſi ea ſolũ de cauſa ſunt
hi ſupati:quia quę in rem eſſent nõ recte ſatis cõſuluiſſent:cauen
dum nobis eſt potius iſtorũ exemplo: & ex paruis cõſilijs pręca=
uenda picula:nõ enim ſat liquet vtrũ hos ſitis tam facile ſupaturi
par nãqꝫ eſt qui prius iam deliquere: vt experientia moniti quę vi
tanda his ſint decætero nõ ignorent: & olim neglecta : futuris in
rebus adhibita diligentia ſarciãt. Quod ſi his deus infenſior eſt qa
tam paruũ admiſerint facinus:& iccirco his malis afficiunt̃: quid
opus & vos deo adeſſe & operam ſimul inſumere:pinde haud q̃
q̃ꝫ de ſe ſatis is valeat quæ æquiora ſunt exercere ſed veſtra ad id
exequendũ indigeat ope: cæteris vero quid relinquet̃ impietatis:
ſi pietatis apud nos præcipuũ bonũ non honoratius ſit ad Perſas
deficiendo futurũ: qđ ſane vel quieſcentibus nobis decenter opi=
tulatur : ſed nemo veſtrũ mortuũ producat in mediũ Gubazem
verbis pinde inſtrennue admodũ & flebiliter queritãtem ac ſuos
dum ſe ceſum oſtentat orantẽ:vt ſui miſereant̃ :quod vtiqꝫ prauis
ignauiſqꝫ animis potius forſitan cõgruit : nõ em̃ regi & Lazorũ
præcipue:& Gubazi ipſi deploranda hæc fuerint : nã ſi nunc ille
adeſſet: profecto vt dei vir amantiſſimus prudenſqꝫ iſtiuſmodi
vos velle inſimularet:iuberetqꝫ bono aĩo eſſe:nec adeo emolliri vt
ſeruitiorũ more ſugã capeſſeritis quin potius Cholchica illa & li=
bera reſumpta iã aĩo fortitudine:occurrendũ eſſe calamitatibus
duceret:neqꝫ ad facinus turpius aliquod prodeundũ:& patrijs in
dignũ legibus ſed p̃ſentibus inſiſtendũ rebus : parendũqꝫ & bene
ſperandũ haudquaq̃ꝫ deũ Lazorũ gentem paruifacturũ proin=
de quo pacto nõ abſurdũ id fuerit:vt is qui violenta morte occu=
buit tã decenter hæc cenſeat : nos vero qui erga hũc beniuolentiã
forte diſſimulamus aliter longe ac ipſe ſentiat:ſentiamus : Sed ve=
reor eqdem ne ea & ſola de cauſa: qa hæc animo agitauimus quã
maxima ſimus ſupplicia ſubituri : nã ſi dubijs in rebus ſpeqꝫ am=
bigua: ad Perſas defectionẽ animo verſaremus eſſet vel id forte
moleſtius in rerũ tantarũ motu a fortuna dependere. Sed licuiſſet
forſitan eos qui ad Perſas deficiendũ eſſe prædixerant intrepide

obiurgare:verũ cum vndequaq; apte id malũ eſſe arguitur:quo pacto nõ hi digni odio ſint: qui in eã vos cogitationẽ induxerint: quẽadmodũ igitur vobis ſit ab his deſiſtendũ mediocriter iam explicauimus:nũc vero quæ geſta ſunt vt imꝑatori renuntientᷣ decerno:vt ꝙ iuſtiſſime ſceleris puniat autores. Quod ſi illi id agere animo inerit:deſinent tandẽ aduerſus Romanos nr̃a iam odia & cũ his rurſum & bella gerere:& in expeditionem ire poterimus ac priſtinæ cõſuetudinis participes fieri. Sin minus: erit tunc denuo conſultandũ vtrũ alio diuertere conferat:ſi ita egeritis: nec mortui regis oblitos nos fuiſſe cõſtabit:nec petulanter potius ꝙ prudẽter res noſtras geſſiſſe. His dictis Cholchij in aliã ſunt ſententiã verſi ad idq; p̄cipue ea inducti formidine ne ſi ad Perſas deſciſcerent: paterentᷣ ſimul diuini & optimi cultus iacturã: Poſtq; igitur Pharazi ſententia vicit:extemplo ex gente primores ꝗdam & nobiles. Iuſtiniano imꝑatori quæ in Gubazem patrata iã eſſent renunciarunt:oẽmq; illi fallaciã apuere & ſedulo cõfirmarunt: nec illũ cũ perſis ſenſiſſe:nec depræhenſũ fuiſſe aduerſus Romanos aliquid cõſultaſſe:ſed mortis eã ſibi fuiſſe occaſionẽ/ quia Martinum & Ruſticũ eorũq; ſimul familiares in delitijs potius degentes ꝙ gerentes bella/ & plęriſq; in rebus ꝑ deſidiã delinquentes ignauiæ coarguiſſet/nec iniuria his ſuccenſeret/ vnde & illos eã in Gubazem criminationẽ non ſolũ cõmentos fuiſſe ſed vel innoxiũ obtruncaſſe/ orabant igitur vt defuncti iã animę id ſaltem gratię fieret/vt tantũ id facinus nõ impune ommitteretᷣ/ſibiq; nouũ imꝑatorem pręficeret:non ꝑegrinũ vel aduenticiũ quempiã/ſed Zatẽ Gubazis germanũ fratrẽ & Iuniorem qui tũc forte Bizantij verſabatur/demũ vt leges his patrię ſeruarentᷣ ex regioq; & priſco genere principes. Iuſtinianus igitur vbi ęquiora eſſe poſtulata ſunt viſa. Athanaſiũ protinus iuſſit/cõſultiſſimũ virũ/& primorẽ locum in cõſilio nactũ/ad exercitũ ire/& patrati iam ſceleris veritate inſpecta/pro Romanis legibus noxios cõdemnaret/ vbi eo ꝑuentum eſt:Ruſticũ Apſaruntham oppidũ cõfeſtim tranſmiſit/vbi in carcerem detruſus aſſeruabatᷣ/Ioanni vero qui & imꝑatorẽ deceperat & cędem patrarat/cũ ſe clam ſubtraxiſſet & fuga ſibi ſalutẽ parere niteretᷣ/ex inſperato obuiam fit Metrianus regius miles ꝗ ad ipm̄ id mittebatᷣ:vt ea in re Athanaſio miniſtraret/ facturuſq;

Animi Cholchorũ firmati oratione Pharazis.

Lazorũ oratores ad Cęſ.

Lazorũ poſtulata.

Iuſtinian. Athanaſio rẽ committit.

Ruſticus in carcerem cõijcitur

Ioannes capitur.

is iudicaſſet / is itaqꝫ Ioannem cõprehenſũ & ex fuga retractũ ad
Athanaſium duxit: quẽ ille eundem ad locũ deduci Apſaruntham
iniũxit / in arctoqꝫ & cõpedibus aſſeruari / quouſqꝫ de vniuerſa

Nachoragas Perſarũ dux ad exercitũ venit.

cauſa decerneretur: Verę aũt incipiente Nachoragas Muchiriſim
venit: exercituſqꝫ diligenter cogebat: & præparabat quæ ad bellũ
fore neceſſaria duceret: haud ſecus & Romani cũ ad inſulam vn=
diqꝫ cõuenirent: ſuis rebus proſpiciebãt: ita vt factu prius nihil ex
iſtimarent ꝙ̃ vt ordinẽ bello ſeruarent. Interea tamen de ſontibus
vti par erat: decernebaꝰ. Iamqꝫ & Zates vna cũ Sotire pręfecto a
Bizantio ad caſtra ꝑuenerat: paterno regno & ſimul inſignibus
ab Imꝑatore: vt erat ex priſca cõſuetudine inſtitutũ: receptis: Quę

Inſignia Regis Lazorũ.

vtiqꝫ erant: corona aurea precioſis diſtincta lapidibus: veſtis de=
aurata oblongaqꝫ: rubri calcei: mitraqꝫ item auro & lapillis diua
riata Clamydẽ vero porfireã haudquaꝙ̃ fas erat Lazorũ regem
geſtare: ſed albam dumtaxat: haud tamen admodũ cõmunem &
tritam: in medio tamen auro vtrinqꝫ intertextã / & ſplendidã fim=
briæ vero pendulis & precioſis lapidibus ſunt: & alio apparatu
inſignes. Zatem igitur ꝑ ſua iam incedentẽ: regia ſtola ornatũ ꝙ̃

Zates Lazorum rex.

primũ præfecti & Romanus exercitus oĩs excipientes efferenteſ=
qꝫ laudibus armati / ornatiqꝫ & equis inuecti pręibant Lazi dein
ceps lætiores iã redditi: vix tandem dolore depoſito: hunc ſeque
bantur: tubęqꝫ clãgentes dulcem elidebãt ſonũ: ſignaqꝫ erecta de=
ferebanꝰ: & erat ſane hæc pompa vt barbara: clara nimis & ele=
gans & amplior longe ꝙ̃ Lazici regni dignitas ferret. Zates igiꝰ
in regno iam cõſtitutus ſingula ſuo ordine diſponebat: & gentẽ
oẽm pro ſuo exornabat arbitrio: vtqꝫ mos patrius cõſulebat. So=

Sotiris pręfectus Ro.

tiris vero præfectus deſtinatũ mox iter aggreſſus: argentũ ab im=
peratore collatũ ſecum ferebat: quod ex initę ſocietatis cõiunctio
ne: inter finitimos erat barbaros partiturus: cõſuetum iãpridem
in annos his ſingulos tribui. Sequebanꝰ hunc ex filijs duo maio=

Filij pręfecti

res natu: Philagrius / Romuluſqꝫ vt e domo ꝓfecti: labori inſue=
ſcendo: decenter inſtruerenꝰ nam vtriqꝫ iã ad ætatis florem ꝑuenę
rant: ita vt laboris eſſent nõ impotentes: ex tribus quos hic ſuſce=
perat liberis: Tertius Euſtratius relictus Bizantij fuerat: cũ puer
admodũ eſſet: & ſi alias corpore validus. Sotiris itaqꝫ in Maſſini=
anorũ agrũ ꝑuenit: qui vtiqꝫ ſub Cholchorũ ſunt ditione: neceſ=

cus atqꝫ apſilij:etſi lingua ab his alieni & legibus:ac magis ſub bo
ream ſiti:& ad orientē ſolem paululū verſi: hunc vbi eo eſt ventū
mox cogitatio ſubijt:præſidiū quoddam in Lazorū confinio ſi-
tum:quod Buchium incolę vocant:alanis ea ratione vt proderet:
vt gentiū oratores quæ longius habitarent eodem conuenientes
tributa deferrent/ nec de cætero foret neceſſe vt qui pecunias de-
tuliſſet/ſubiectos circūiret Caucaſo mōti fines/ nec ipſe ire ad bar
baros cogeretur. Qua re cognita Miſiani ſiue his forte ſuſpecta/
viros duos e ſuis Chadiū & Thiannē ſane facundos:ad pręfectū
miſere:quo iuxta præſidiū illud ſtationē habente conuento:eoqꝫ
cōfirmata validius ſuſpitione: nō iuſte inquiūt agis Sotire noſtra
nāqꝫ vel aufert:volentibus alijs:vt id exequi poſſent: haud quaqꝫ
eſſet per te ꝑmittendum:nedū ipſe id agere velis: ꝙ ſi a noſtris ab
ſtinere nō libet: age hinc cō feſtim abſcedito & in alienū agrū hinc
abi cōmoraturus: neqꝫ enim tibi defectura ſunt neceſſaria:ꝗppe
quæ ipſi mox deferemus:hic nullo pacto traxeris morā: non eñi
ipſi laturi iam ſumus te diutius hic inmorantē: vtcūqꝫ fueris alia
item atqꝫ alia cauſatus:hos itaqꝫ tā licenter dicere auſos:haud qua
qꝫ præfectus ferendos ratus:vt Cholchoꝶ ſubditijs viris aduer-
ſus Romanos qui & Cholchos in ditione haberent & magiſtra-
tus præcipue: tantū audacię eſſet ſequētibus ſe nōnullis iniungit:
vt fuſtibus quos forte:ſecū ad eam rem detuliſſent Miſianoꝶ ora
tores ꝑcuterent: tū illi iuſſi intrepide inruunt ſeminecesqꝫ illos ad
ſua dimittūt:ꝗbus pactis Sotiris ab his nihil hoſtile de cætero ve
ritus: ſed domeſticoꝶ potius ſeruitiorū in morē plagis eos affe-
ctos fuiſſe ratus:eodem in loco manſit:In ſequenti aūt nocte So-
tiris intrepidus ꝗdem & ſine vigilijs quieſcebat:ſic item & filij/ſa
tellitesqꝫ/& familiares cæteri oēs:ſiue liberi ſiue ſerui: eadem ne-
gligentia tenebant̄ ꝑinde non in hoſtili iam cōſtitiſſent Miſiani in
terea cū acceptam nil prorſus iniuriā ferrent:armis qꝫ optime præ
muniti:domiciliū confeſtim inuadunt:vbi p̄fectus iā obdormie-
rat extemploqꝫ ſeruis proxime accubantibus obtrūcatis & tumul
tu vti par erat iā excitato:malorū iam imminentiū ſenſus ad Soti-
rem ip̄m/& cæteros ꝗ circa ſe erant ꝑuenerat:tunc ſubito excitati
e lecto ſe illi proripe ſomno adhuc degrauati:nec ſatis exciti repu- Miſianorum
gnare:nec tamen ab ingruētibus tueri ſe poterant: cū partim veſte facinus.

oblonga mox prępediti ab inceſſu coercerent̄: partim ad arma ca
pienda proruerent: vix prælio attemptato: cū bellandi ſpecie̅ po-
tius ꝙ præ ſe bellū tuliſſent: miſerrime errabundi diuagabant̄: vt
in tenebris dubij & parietes inuadentes: ac prorſus obliti vbi nā ar
ma depoſuiſſent: partim vero cū deniq; capentur: ſpe omni amiſ-
ſa nihil in hoſtes machinabant̄: ſed cōploratione facta vocifera-

Sotiris occiditur cum liberis.

bantur enixius cū nihil haberent quo ſe tuerent̄: ſic itaq; obſtupe-
factos cū barbari inuaſiſſent extemplo Sotirem ipſum obtruncāt
cum eoq; ſimul & liberos: cæteroſq; oēs occidunt: ni forte ꝑ por
tam impetu facto quis euaſiſſet: vel vt alias cūq; deliteſcendo ſibi
ſalutem peperit hæc cum ſceleſti illi patraſſent: mortuos ſpolia-
bant direptis ſimul cum imperatoris pecunia: & rebus cæteris eo
dem delatis: tanq; veris hoſtibus nō amicis & ducibus interfectis:
Verum vbi peracta eſt tanta hæc cedes & animi indignatio iraq;
cecidit: & exſatiata cupiditas ſedari iam ceperat: cum demum intel-
lexiſſent quantas iam excitauerint turbas: agitabant animo & ſa-

Miſiani ad Perſas deficiunt

tis callebant: qualem iactaſſent iam aleam & Romanos ꝙ proxi-
me de ſe pœnas ſumpturos: nec fore quoq; ſe pacto vt ferant: a-
perte demū a Romanis ad Perſas deſciſcunt: ad hoſq; legatos po
ſtulatū miſerunt ſe vt ſuſciperent: & vt ſubiectis præſidio eſſent:
qua re præfectis renunciata: & ſi Miſianis iam eſſent infenſiores
& rem grauiter ferrēt: derepente tamen in eos animaduertere: ma

Exercitꝰ Nachoragæ.

iori ingruente neceſſitate: nil poterant: iam eñ Nachoragan Per-
ſarum ꝑfectus virorum fortiū milia ſexaginta in Romanos du-

Exercitꝰ Ro.

ctauerat: & ad inſulam iter habebat: vbi Martinus Iuſtinuſq; cū
vniuerſo coacto exercitu ſtationem habebant: adiunctis auxilia-
rijs copijs: quarū pars Vnnorū milites erant mercede conducti,

Sabyri.

pars Sabiri ad hominū milia duo: quos Bamalch Cupilſeſq; &
Lager ducebant: viri ſane apud hos celeberrimi. Sabyri tamen cir
ca Archepolim: & ea e regione campos Martini iuſſu caſtra habe
bant: vt hoſtes (nam illac erant pertranſituri) quacunq; poſſent ia
ctura afficerent: difficiliuſq; his & infeſtū redderent iter. Nacho-
ragan vero vbi Sabyros ibi ad id conſtitutos fuiſſe accepit: ex Di
limnitis auxiliarijs hominum tria milia delecta in hos extemplo
immiſit: iniunxitq; vt erat his inſolens: atq; adeo iactabundus vt
omnes ſtatim delerent: ne forte ſibi cum acie decerneret̄ vt in terga

hęrentes inſidias machinaturi relinquerent. Dilimnitarũ aũt ma= Dilimnitarũ
xima omniũ natio eſt: qui infra Pigritũ flumen ea incolunt loca: natio
& maximũ immodũ bellicoſiſſima ſagittandi tamen nõ ſatis peri
ta: vt ſunt Mędorũ plærįq;: lanceas nanq; & ſariſſas hi geſtant:
enſemq; pendentem ab humero: pugionem p̃terea breuiorem le= Dilimnitarũ
uo brachio circũ ligatum: ſcutis plæriſq; muniunt: dixeris ſane ne arma.
q; leuis omnino armaturę: hos milites eſſe; neq; armis nimiũ de=
grauatos: nec qui pede collato prælia inire queant, quippe qui e
longinquo, & iaculant, & e proximo bella manibus gerunt, ſatis
idonei & in acie impetum facere: & impulſione condenſatos per=
rumpere cuneos: admotũq; agiles caſibus ſe coaptare: & e loco in
feriore in eminentem excurrere ſic loca opportuniora p̃occupant
& q̃ velociſſime: cum opus eſt fugam accipiũt: inſiſtuntq; acrius
hoſtium tergis vbi hos in fugã auerterint: vnde dum omnem bel=
li ſpeciem pertractatã exercitatãq; habent hoſtibus maiorem im=
modũ officiunt vt iampridem cũ Perſis bella gerere aſſueti haud
tamen vt ſubditi in expeditionem ire cogunt: nimirũ qui ſuis legi
bus viuant & libertate fruant: nec eius naturę ſunt: vt a quouis ho
minum poſſint p̃cibus duci. Iſtorũ igitur Dilimnitarũ pars quędã
cum iam primũ aduesperaſceret aduerſus Sabyros: vt his erat in=
iunctum prodibat: fore ſatius rati: quieſcentes inuadere, & eo ꝑe
hos poſſe facilius cedi & ſane reor non falſa ſpe ductos fuiſſe ni=
ſi fortuna incautos fefelliſſet: his nanq; aduerſus Sabyros tenden
tibus, vir quidam & Cholchus nocte concubia & ſub obſcura in
ſolitudine obuiam ex inſperato offertur: quem ſtatim cõp̃hen
ſum vt ad Sabyros duceret cogunt: tum ille iuſſa promptius ex=
equendo, hos p̃cedebat: ſed vbi primũ denſiorem ſiluã eſt nactus
ſenſim ſubſedit latitando q; ſequentes ſe ſubterfugit: & curſu cita Conſiliũ ho=
to ad Sabyros peruenit: quos cum negligentius quieſcentes ſter= ſtium Saby
tentesq; deprehendiſſet ingenti edita voce. O miſeri inquit vobis ris detegit.
iam pereundũ eſt: his demum vix excitatis & reuocatis ad vigilan=
tiam hoſtes in ꝓpinquo adeſſe denunciat tum illi tumultuoſius
ſurgunt: ſeq; armis circundant & extra vallum proripiunt proni
hinc inde diuiſi ſe clam in inſidias locant aditu ſine cuſtodijs in ca=
ſtra relicto & caſis item deſertis ſiluestri materia ſtructis. Dilim=
nitæ igitur multos iam calles locorũ inſcitia emenſi vbi ſub obſcu

ro adhuc ad Sabyrorũ caſtra tandem perueniſſent in ea moxau=
dacter & cum ſuo ingenti malo irrumpunt: ingreſſi vero vbi nec
crepitus quidem nec vox auditur, perinde hoſtes eorum aduentu
nihil p̃ſenſiſſent: nec experrecti iam forent in latibula ſenſim inq;
tuguria iaculabant̃ vt dormientes obtruncaturi & iam perfeciſſe
rem ſe omnem arbitrabant̃, Sabyri interea ex inſidijs vtrinq; exi=
liunt & impetu facto hos de improuiſo inuadunt: tum illi re ſubi
ta conſternati & aliter longe ac ipſi ſperaſſent iam circumacti dũ
quid agendum his eſſet haud ſatis conſtaret perturbabant̃/ neq;
enim anguſto in loco coactis fuga facilis erat/ nec hoſtes ſat pote=
rant internoſſe vt in bello nocturno & trepidi/ paſſim ergo p̱ Sa=
byros ceduntur cum tentato vix prelio ſe tuerent̃: vnde in caſtris
homines ex his octingenti occubuere: cæteri vix euadentes diſper
ſi tamen & palantes capiebant̃ neſcij prorſus q̃ ſe conferrent: ita
vt cũ ſæpe fugam capeſſiſſe ſint viſi eodem rurſus in loco circũ=
acti inuoluerent̃ in hoſtesq; denuo incidebant. Hoc pacto nox ea
tranſacta: cum iam vero diluculareт & apparente iam die Dilim=
nitarum ſi qui forte euaſerant per notos calles ad Perſarũ caſtra
q̃concitatiſſime contendebant Sabyris ſemper in terga inſtanti=
bus. Babas interim Romanorũ quorundã prefectus: qui iam pri
dem in Cholchidem fuerant in preſidiũ collocati cum per id tem=
poris Archepoli pernoctaſſet: & per eam noctem vndequaq; cir
cũſonuiſſent clamoribus aures: vbi primũ dilucuiſſet & ſol mon
tium verticibus affulxiſſet que geſta fuerant aperte peruidit, &
cum Sabyros ſpectaret Dilimnitas adhuc inſectari confeſtim ex
oppido ſuo & p̃ſenti cum agmine decucurrit & non exiguam ex
his partem occidit: atq; adeo vt tanta ex multitudine vix mille ad
Nachoragan ſe prefectũ receperint: qui vbi ea que recens tempta
uerat aliter eueniſſe cognouit: extemplo ſe ad inſulam contulit &
iuxta Romanos caſtra metatus Martinũ ad ſe in colloquiũ vt ve
niret exciuit: vbi vero coram aſtiterunt, o Martine inquit cum tan
tum ingenio/ & ſapientia valeas/ & apud Romanos potentiſſi=
mus ſis num ne iam vis meũ ac tuũ imperatorem labore & odio
liberare cum hos ſciueris tam diu: ſua mutuo deuaſtare: igitur ſi
tibi nunc animo ſedet in gratiam nobiſcum redire & fœdera iun=
gere: age Trapezuntium Ponticam vrbem traducas exercitũ, nos

*Margin notes:* Dilimnite in inſidias inci= dunt. — Dilimnitarũ cædes — Babas reliq̃s Dilimnitarũ inuadit — Quot Dilim nitarum ex ſtrage ſuper= ſtites — Colloquium Nacoragæ cum Marti= no.

vero hic manebimus Perſę: ſic fiet vt per fidos alternosq; inter nũ
cios pacem celeriter ineamus/quod ſi haud ſponte exercitum hinc
aſportaueris intelligas te neceſſitate hinc/& vi abiturũ: nam certiſ-
ſimam victoriã habeo: & ea haud difficilius ꝙ re iſta obducor an
nulum oſtendens quem manu geſtabat: ad hæc Martinus ſubiecit
mihi vero pax & peroptabilis eſt & maximi fit: offerentiq; tibi &
confirmanti nõ deero/ſed longe melius facturos iſta nos dixerim
ſi mox in Hiberiã exercitus ipſe traduxeris / ego me ad Muchiri-
ſim referam/ſic ſane rebus his noſtris recte & breuiter conſulet.
De his autem quę ad victoriã pertinent liceat tibi vt lubet verbis ia
ctari & inſoleſcere proq; vilibus & partu facillimis ducere ipſe ve
ro aſſeuerauerim dei arbitrio expendi victoriam: neq; ad inſolen-
tiſſimos quoſq; illam accedere: ſed ad eos dumtaxat ad quos con-
ditor ille rerum/& moderator ire adnuerit. Hæc Martinus cum
per ſtrennue iuſtiſſimeq; reſpondiſſet peroſus barbari inſolentiam
pace infecta abſceſſit ſeq; ad inſulam contulit: Nacagoran vero
ad exercitũ rediit & cum eodem nõ diutius duceret immorandũ
Phaſin oppidũ repetere animo agitabat eoq; ad bellum Romanos
excire; nam facile expugnari id prȩſidiũ poſſe arbitrabat: vt quod
e lignis eſſet ædificatũ & ſubiectos campos exȩquatos & paten-
tiores haberet ac peridoneos in quibus ipſe caſtra metari poſſet.
Quemadmodũ autem ſit Phaſis oppidũ ſitum multis vt reor per-
ſpicuũ eſt vtq; ex amne nomen accepit ꝙ proximo perfluente &
circa ſe in euxinũ immitente pontũ nam extremo in littore/& flu-
minis exitu poſitum id oppidũ eſt/diſtat autem ab inſula ad ſum-
mum ſtadiis centũ in occidentem ſolem. Nacoragan igitur lembis
quos plauſtris & noctu deuexerat in flumen extemplo immiſſis
de improuiſo deſuper ponte contabulato firmatoq; totũ exercitũ
inſciis Romanis traiecit. Huic vero inerat animo ad eã oppidi par
tem copias ducere quę ad auſtrum vergit: vnde fluminis vortices
haudquaq; ſibi impedimento forent: quin derepente applicare ſe
mœnibus poſſet. Nã amnis pars quędã in arcturũ defluit, tendit
q; pars vero circa orientem confragoſo ex littore: in mare defert.
Et inſula longo interuallo relicta in anteriora prouehit: Romani
itaq; vix demũ ex abundanti multitudine hoſtiũ cognita tranſitõe
trepidi rerum ſuarum tumultuabant: & maximi faciebant: hoſtes

Martini reſponſio.

Colloquium re infecta diſſoluitur.

Nachoragę conſilium in expugnanda Phaſide.

poſſe ad oppidũ prǫuenire: euestigio nanq; cum triaconturis trire
mes quę forte in portu his aderant armatis complent & ſecundo
fluminis adiuuante curſu concitatiſſime deferunt. Iam vero Na-
choragan ad locum qui circa oppidũ & inſulam intermedius erat
puenerat & vniuerſam illam vorticũ latitudinem lignis lembisq;
obſtruxerat: retro elephantorum oppoſita multitudine quantũ his
licuit pro ingenti corporis mole ſuccedere quod ſane claſſis Ro-
mana longius contemplata / confeſtim Remulco ceſſim abibat: ad
uerſoq; fluminis impetu quoad vires ſufficerent remigando &
enitendo reduces omnes ſe recepere: duobus tantũ amiſſis naui-
gijs Epibatis vacuis. Nam homines qui naues has defenſuri con-
uehebant; in vndas ſe audacius dedere pręcipites & pro maiore &
certo diſcrimine quod minus erat protinus elegerunt: & id ſubire
potius maluere ꝙ fortunæ incertitudinem periclitari vnde leuiſſi-
me in aquas deſiliendo immerſi & loci plurimũ ſubnatantes vix
demũ ſunt ad ſuos delati: Romani itaq; Buzæ pręfecto in inſula
cum exercitu ſuo relicto curam ei omniũ permiſerunt: vt dubijs
rebus vt opus foret ſuccurreret: cæteri vero medio flumine traijci
entes per continentem tranſuerſo itinere: ne eadem & ipſi qua ho
ſtes irent progrederent ad oppidũ Phaſidem veniunt & portas in-
greſſi ꝙ primũ præfecti cuſtodiã inter ſe mœniũ partiunt: nõ eñ
viribus pares Perſis fore ſe arbitrabant ſi pede collato acie decerne
re niterent. Primus igitur Iuſtinus ipſe ſuo cũ agmine ſuperiori in
parte & in mare vergente locatur: Paulo longius & Martinus pręc-
fectus aſtabat & huius copiæ omnes, medium aũt Aggilas tene-
bat qui Aurisijs haſtatis peltatisq; pręerat, Theodorus deinceps
qui Zannos ductabat armatos: poſthunc Philomathius quem
Iſauri funditores iaculatoresq; ſequebant, haud ꝓcul ab his Lon
gobardorũ Herulorũq; portio poſita in cuſtodia erat. vtroſq; Gi
brus ductabat: Muri vero pars reliqua Eois erat agminibus curę
ſub Valeriano pręfecto tunc conſtitutis hunc in modũ in præſi-
dio tutando ex ordine aſtabat Romanus exercitus erat aũt ex ante
riori oppidi parte lorica validiſſime facta ita vt cõfeſtim inde ob-
ſiſtere primis hoſtium incurſionibus Romani poſſent: & propu-
gnaculi loco mœnibus inhærere: quibus & nõ iniuria vt ligno cõ
ſtructis haud ſatis confiderent, & alias pręuetuſtate nonnulla in

Romãi phaſidem veniunt.

Præſidium Ro. diſponit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

parte labentibus, ipſi deinde foſſam late patentem effodiendo op Ro. oppidū
pido circumducunt & aquis complent, atq; adeo vt ſupra foſſæ foſſa muniūt
labra excreſcerent & his pali occultarent in ea defixi & conſpiſſati
nimirū cum paludem quā puſillum mare vocitant incolę: & in Eu
xinum pontū fluxu defertur in eam foſſurā hi diuertiſſent: onera
rias pręterea mirę magnitudinis naues in ipſis fluctibus inq; Pha-
ſidis fluminis exitu ꝗ proxime oppidū anchoris obfirmarunt, ita
vt ſublatis alte dolonibus ſuſpenſas geſtarent acates ad ſummum
vſq; mali euectas quę vtiq; magno interuallo turres oppidi ſupe
rarent ſubirentq;, deſuper milites aſtabant & nautę ſimul qui au-
dacia plurimū & bello valebant his arcus erant & fundę tormen
taq; quę his procul impoſita deturbarent, iam antea ad id prępara
ta erant & naues his alię per flumen diſpoſitę & ad vtrunq; ade-
rant latus ſimili munimento inſtructę vt vtrinq; hoſtes aptiſſimis
icti propulſarent ſi appropinquare munitionibus cuperent: cæte-
rum ne naues hæ a quouis hoſtiū detrimento affici in flumine poſ
ſent. Darragetas vir quidam & Hunnus elmigerus qui primores
ordines ducerent per ꝑfectos iubentur vt ſpeculatoria nauigia &
biproras decem ſuis e turmis armatis complerent flumenq; vigi- Præſidium
lantius tuerent, tunc illi tranſitus omnes in medio nūc fluminis cur nauium
ſu nunc circa ripas adnauigando circumſpectabant: interea ridicu
lum quidpiam & volupe accidit vt in bello & acie iam inſtructa
pergratum in Romanoꝝ triaconturis ſupra iam memoratis ho-
minibus vacuis & per Perſas exceptis medij erant & in flumine fu
nibus ad palum deligatis ſe continebāt, primo aūt veſpere his qui-
eſcentibus pręnimia fluminis rapiditate & naues ſimul ſe ob gra
uedinem ſubtrahente diſtractis iam funibus vincula vnius ſubito
diſrumpunt hanc ſolutam & liberam vortices ſtatim excipientes
quū neq; remigio teneret, nec gubernaculis alio inuerti poſſet, ꝗ
celerrime flumine ſecundo deuectā ad Romanos quibus Dabra-
cezes præerat deferunt qui ex inſperato oblatam conſpicati vena
tionem volentes quidem & alacres acceperunt: & fortunæ gratu Nauis plena
labantur ꝙ cum ea nauis vacua ab ſe receſſiſſet hominibus ad ſe Perſis a Ro-
repleta rediſſet: Dum hæc agentur Nachoragan cum omnibus vi manis reci-
ribus e caſtris mouit & oppido appropinquabat: ſagittiſq; ſum- pitur.
ma pręſidij petere animo inerat, & Romanoꝝ periculum facere

vtrum exire obuiam vellent: hac via ſe apertiſſime cogniturũ re-
batur: quemadmodũ ſibi decætero eſſet belli ratio ineunda Perſæ
itaq; vbi ad ſagittę iactum venerunt: vt aſſolent q̃primũ in hoſtes
ſagittas emittunt, vnde cum ex Romanis non pauci vulnerarent̃/
partim obſiſtebant bellando/partim bello mox excedebant. Aggi
las vero & Philomathius & eorum ex cohortibus viri fere ducen
ti, tametſi per Martinũ prȩfectũ antea iuſſi: quiſq; ſuo vt loco ma
neret: e tutoq; prȩliaret̃: ex ea porta quę his proxima erat q̃celerri
me euolarunt: in hoſteſq; ferebant̃. Theodorus tamen Zannici
agminis p̃fectus repreſſit quidem primũ iſtorũ tunc impetum: &
increpita petulantia intercidit poſtq̃ vero haud ſatis parebant: &
ipſe ſimul & ſi non ſponte: cum cæteris ferebatur ne timoris argu
eretur: & hoc ſolo rectioris præ ſe conſilij decorem tulit: cum alio
quin haudquaq̃ placerent quę gererent̃: eorum tamen ſe partici-
pem fieri vtcunq; ferebat: quemuis res eſſet exitum habitura: & ſa
ne in ea congreſſione ad vnum omnes occubuiſſent: niſi rectior ali
qua ex deo confirmata ſententia his ſaluti fuiſſet/iam enim & Di
limnitæ qui ea forte e regione conſtiterant phalange facta & ho-
ſtium ſpreta paucitate hos ſenſim operiendo ſuſcipiebant: vbi ve-
ro iam propius affuere: extemplo hi cornua paulatim inſinuan-
tes: vniuerſos obducunt: infraq; circulũ vnum & validiſſimũ co-
gunt: tunc ferme Romanis vndiq; circumactis in hoſtes quid age
rent: nihil decætero ſuccurrebat: vnum tamen peroptabile his vi-
debatur: ſed factu prope modũ incredibile: vt per medios hoſtes
euaderent: vnde cuneo facto: in vnumq; coeuntes oppoſitis telis
in hoſtem impetũ faciunt qui e regione vrbis in acie locum tene-
bat: tum Perſæ vbi Romanos videre ingenti in ſe impreſſione vt
deſperata ſalute deferri: hominibus morti iam deſtinatis & om̃ia
vt in extremo periculo audentibus euadendi locũ dedere ſic itaq;
cedentibus Perſis Romani vbi iam euaſiſſent per q̃ libenter itera-
to ſe infra mœnia recepere: eo nimirũ hi diſcriminis venerant: cũ
re alia nulla victoriam retuliſſent niſi quia petiſſent ex fuga ſalu-
tem: Perſæ interea iam diu geſtandis oneribus fatigati foſſam im
plerunt atq; adeo: vt quod interruptũ diſiunctũq; antea fuerat
exæquatũ iam ita & peruium eſſet: vt milites oppidũ oppugnatu
ri: machinas omnes quibus vrbes delentur traducere & mœnibus

Aggilæ temeritas.

Romanĩ circũueniuntur

Ro. iterũ intra mœnia recipiuntur

admouere iam facile poſſent: tametſi plus temporis in his contriuiſſent q̃ tantam operantiũ multitudinem decuiſſet/haud tamen quę in obſidionem ſat forent ſumminiſtrabant lignorũ pręſertim non p̄ſenti materia quã vtiq; e procul diſtantibus ſiluis cedere deferreq; cogebant: nam Romani iampridem agros oppido circuniectos igne immiſſo incenderant: & cętera ſimul ea iter habentium diuerſoria: ſiue ꝓpinquiora alia domicilia deuaſtarunt: ne ex his hoſtes in promptu materiã nacti: facilius opera machinarent: ea igitur die nil aliud geſtũ memoratu dignũ: nocte autem inſequenti Nachoragan cum omnibus copijs ſe in caſtra recepit Martini, interea dum ſuorũ vellet animos confirmare: & hoſtem terrere vniuerſumq; Romanoꝝ coegiſſet exercitum: vt de p̄ſentibus aliquid conſulturus, ſuperuenit vir quidam id enim ipſe fuerat antea machinatus: haud ſat cognitus puluere circumſperſus, ita vt dignoſci facile poſſet/longius iter emenſum ad ſe aduentaſſe: qui diceret ex Bizantio ſe ſtatim veniſſe/literasq; ad exercitũ ab Imperatore deferre. Præfectus itaq; hunc cũ humaniſſime ſuſcepiſſet literaꝝ vincula vniuerſo aſtante exercitu ſoluit: easq; non tacitus legit/ſed voce tam edita, vt audire omnes facile poſſent: Quę autem ſcribebantur/hæc erant. Miſimus ad te exercitũ non eo inferiorem qui apud te eſt/q; ſi numero vos hoſtes excedant haud tamen tantum vos ſunt multitudine ſuperaturi quantũ ipſi hos fortitudine, quo fit vt omnino id ſit occurſurũ vt vel paucitas ipſa vel numeroſitas æque ſe habeant: veruntamen ne hoſtes multitudine glorient alterum hunc exercitũ accipe glorię & oſtentationis potius gratia q̃ neceſſario ad te miſſum: Eſtote ergo fidenti iam animo & rebus gerendis incumbite. Nos vero quę vobis vſui ſunt futura neglecturi nil ſumus: Nuncius vero cum mox rogaret vbi nam nouus iſte exercitus eſſet: reſpondit nõ longius ſtadijs octoginta abeſſe: ſeq; circa Neognũ flumen hunc reliquiſſe ſtationem habentem: tamen Martinus iracundiã facie pręferens ſimulatã/abeant retro q̃ celerrime inquit & domũ iam redeant: non enim hos vnq̃ permiſerim hucad nos veniant: eſſet nanq; id permoleſtũ cum hi viri iamdiu ſub me militauerint: & maximis ſint multos iam annos affecti laboribus: & cũ hoſte ſæpius acie decertarint: nũc vero haud procul ſint vt hoſtes propulſent atq; adeo vt vltima palma ornent:

Perſæ Phaſim oppugnant.

Pulcrũ Martini ſtratogemma.

aliј poſtmodũ: nec neceſſariј quidem, vt nũc ſuppetias veniant & vix dum periculis deguſtatis parem cũ meis hiſce & veteranis militibus referant gloriã: ac demũ confecto bello impoſitus finis nouis his aſcribatur: & quod omniũ iniquius foret & pręmia æqua portione ſurripiant. Velim tamen illos eodem vt maneant loco, quouſq; ad iter ſe parent: ſatis nanq; nobis eſt virium / vt q̃ optime finire bellũ poſſimus: his dictis ad multitudinem ſe ſtatim conuertens: num & vobis inquit O milites eadem iſta videnť: at illi clamoribus præfecti ſententiã comprobantes: iuſta eſſe vociferabantur: quę ipſe in p̄ſenti conſuluiſſet. Quo factũ vt hi fidentiores ſint redditi: perinde nõ alieno indigerent p̄ſidio: hos tamen pręcipue prædæ ſpes mouit: & quod nõ longe poſt crederent ſe omnia vt deletis: iam hoſtibus aſportaturos: & nil aliud curæ haberent, q̃ quo pacto prædas inter ſe partirenť. Martini itaq; ex ſententia id vtrunq; euenit: ſiquidem ea fama in vulgus elapſa: & q̃q; iam diuagata: vel ad ipſos demũ Perſas peruenit exercitũ alterum Romanoꝶ ad Neognũ flumen veniſſe: in propinquoq; fore vt alteri ſe ſtatim exercitui iungat: quo circa defixerat Perſas cum admiratione pauor q̃ maxime veritos ne ſibi tam multis attritis laboribus cum recenti florenteq; hoſte dimicandũ iam eſſet: Nachoragan vero nulla interpoſita mora mediocrem quandã equitum turmam ex agmine vniuerſo Perſarũ / ad eum ſaltum tranſmiſit vnde rebatur vt fama deceptus hoſtes pertranſituros. Equites vero vbi eo eſt demũ peruentũ ſtudio & vigilantia in re prorſus ſuperuacanea vtebanť: ſiquidem locis oportunioribus occupatis: occulti hoſtium aduentũ operiebanť qui venturi nõ erant: & ea mente, vt in eos temere forſitan ꝓgredientes, de improuiſo impetum facerent / vt eorum tamdiu interpellarent viæ celeritatem quoad obſidione hoſtes in oppido vincerenť: qua ex re haud modice Perſis vires & in caſſum deceſſerant. Nachoragan itaq; raptim e caſtris educto exercitu eos p̄uenire iam cupidus qui affuturi nuſpiam eſſent ſuperbe admodũ aduerſus Romanos proceſſit: aperteq; fremens & minabundus ſe ſe iureiurando adegit: eodem die vrbem cũ hominibus crematurũ: oblitus ſicuti apparebat præ inſolentia fanaticus homo / vtrum ad bellum ꝓcederet: rem ſane dubiã & incerti euentus / & quod momenta reciperet in vtranq; partem repentina alter

Ro. animantur.

Perſarũ trepidatio

Perſę copias diuidunt.

Minæ Nacoragæ

nasq; vices:& quod omniũ maxime e diuina quadã & ſuperna
neceſſitate penderet:ac nihil eſſet vel minimũ quidem in hac vita
mortali quod eodem ſemper ſtatu permaneat. Sed nationes hoĩm
infinitę ciuitatesq; multę vitaq; mortaliũ vniuerſa : eodem: ita vt
dicam curſu ferunt & perturbant: & de ſumma rerũ omniũ ſpes
ipſa concutitur. Nachoragan vero eo ſuperbię efferebatur: vt vel
opera facientibus & miniſtris, qui per ſiluas diſperſi lignandi de
cauſa vel pro bellicis parandis operibus arbores p̄cidebant iniun-
xit:vt vbi primũ elatum ꝓſpicerent fumũ : ſcirent omnes mœnia
ſe inuaſiſſe potitumq; oppido:itaq; opere protinus quod in ma-
nibus eſſet:relicto citato curſu ad ſe venirent : & faces ſummitte-
rent:vt omnia igne comprehenſa mox conflagrarent:hęc iactabun
de locutus prodibat :vt Phaſim oppidũ aggrederet, interea vero
Iuſtinum:nõ enim Nachoragan de improuiſo affuturũ putabat,
cogitatio ſubijt:& diuinitus quidem vt reor, templũ quoddã ſan
ctiſſimũ & apud Chriſtianos haud dubie permagnificũ ſacrifican
di gratia adeundi:haud procul ab vrbe ſitum: delectis itaq;:ex vni
uerſo exercitu equitũ milibus quinq; fortiſſimis & bellicoſiſſimis
viris haud ſecus inſtructis armatisq; ac acie eſſet mox decertandũ
proceſſit:frequentibus ſignis & militari cætero apparatu :& fer-
me tunc accidit,vt nec Perſæ hos abeuntes prȩuiderint : neq; hi il-
los in ſe aduentantis:ſed alia ducti: mœnia de improuiſo aggredi-
untur:& in his oppugnandis maiori longe q̃ priore aduentu ſa-
gittarum ſunt copia vſi atq; adeo vt Romanis iam obturbatis q̃-
primũ viderent oppidum direpturi: nam & ſagittę denſiores emi
nus ferebant & ſuper his crebriores aliæ item atq; aliæ : & ita vt
cœlum ipſum quod intermediũ erat ſagittarũ prę denſitate obte-
geretur diceret quiſpiam ingenti morbo abundantiq; grandini ni-
mio & violentiſſimo immixtę vento: ꝑſtrepentiq; has ſimiles fer
ri:Perſarum interea pars quędam machinationes mœnibus appli
cabat ſagittas pars alia ardentes euerberabat : teſtudinem alij ſub-
euntes muros ſecuribus inuadebant:vt qui ex ligno conſtarent:&
facile cederent, alij fundamenta ſubruere nitebant : & ad Baſim
infimam peruenire : & eo pacto euertere ac lacerare quod compa
ctum coagmentatũq; fuerat: Romani vero in turribus & propu-
gnaculis ſtantes promptiſſime oppugnando, hoſtibus obſiſtebant.

Iuſtin⁹ extra oppidum vadit cum V. equitibus

Perſæ iterũ Phaſim ex improuiſo adoriunt

vt qui experientia ipſa & factis prę ſe ſe tunc ferre maxime vel-
lent: non alia virium acceſſione ſe indigere: qua in re Martini diſſi-

Ro. impigre obſtant

mulatio illa & profuiſſe plurimũ & valuiſſe eſt viſa: tunc em̃ om-
nes indeſinenter operam inſudare: & ad defenſionem nil prorſus
reliquũ facere: telisq; ſuperne & ex eminenti demiſſis hoſte con-
uulnerare: vt quę in multitudinem & eam quidem inermem acci-
derent grauius: nec incaſſum ferrent/ſaxaq; ingentia in ſubiectã
teſtudinem e muris prouoluere: quę texturã omnem deprimerent:
nec ſecus & minores alij fundis Perſarũ capita ſcutaq; perfringe-
re/atq; adeo vt hoſtes violentius deturbando mœnibus appropin
quare nil ſineret. Qui vero ſuſpenſis acatibus vt ſupra iam dixim⁹
ſuperſtabant ſagittis partim & crebrioribus: vt ex ædito miſſis de
trimenti plurimũ hoſtibus inferebant: machinas partim peritiſſi-
me contractabant, haſtilia p̃terea pennata quædã ad id fabricata
magna cum violentia excuſſa procul deferebant̃: ita vt barbaroꝝ
non paucos iamiam incurſuros: & adhuc aduentantes; cum ipſis
equis de improuiſo: & longo ex interuallo ita tranſfigerent vt ſu-
bito proſtrarent̃: tum clamor ingens efferri & vtrinq; claſſicũ tu
bæ inſonare melos, Perſæq; item tympanis ſonitũ edere: & vlula
tu ingenti territandi ob gratiam ſtrepere: ad hæc & equorum fre-
mitus accedebat: vmbonũ pulſationes; & thoracũ fracturę/quæ
omnia varium quendã & ferum contexuerant ſonitũ. Iuſtino in-
terea a templo iam redeunti, ex ipſo tumultu & armoꝝ concuſſi-
one quę gererent̃ innotuere: vnde equitatu ſtatim conuerſo: & or
dine ſuo quodã inſtructo: iuſſisq; anteſignanis vt ſigna erigerent:
vniuerſos operam vt nauarent hortatus: ſuos certiores mox fecit:
non ſine diuino nutu ex oppido ſe exceſſiſſe: ſed hoſtes vt re ſubi-
ta territos obſidione abduceret: itaq; progreſſi parumper Perſas

Iuſtinus cũ equitatu ho-ſtes adorit̃

mœnibus inſultare iam conſpicati confeſtim ſimul omnes impetu
facto & clamore ingenti edito, in eam hoſtium partem incurrunt,
quę ad mare ſtabat inſtructa: ex ea nanq; & ipſi regione aduene-
rant: ſudibus partim ſariſſisq;/enſibus alij quod obuiũ offerebat̃/
ſternebant iamq; in denſiores hoſtiũ acies penetratũ/violentiusq;
impreſſio facta/vmbonibus hos illosue impellendo/conſpiſſatũ
& continentem hoſtium ordinem ꝑfregerunt. Tunc Perſę hunc
illum eſſe exercitũ ſuſpicati: quem iam intellexerant affuturũ. &

icirco tamdiu delituiſſe vt aperte demum & oportune in ſe venti
taret: tumultuati iam & turbati & ſuomet agmine confuſius im=
pediti: ſenſim iam retrocedere: & in fugam moueri iam ceperant, Perſarū fuga
Quibus rebus magno ex interuallo Dilimnitę animaduerſis: nam
ad mediam hi muri partem pręliabanť: paucis ibi in ſpeciem reli=
ctis: cum vniuerſis copijs ſuis vt opem & laborantibus ferrent: ci
tatiore curſu tendebant quorū paucitatem contemplatus Aggilas
Theodorusq; qui vt ſupra iam diximus inter Romanos, ordines
ducerent: cum agmine ſatis munito ex oppido proruunt: aduectiq;
hos partim obtruncant: partim inſectari nō deſinunt qui eua=
dendo exceſſerant: Dilimnitę vero qui ad mœnia oppugnanda re
licti per ſuos fuerant q̄ ſtatu res eſſent iā contemplati: tanq̄ labo
rantibus Perſis & ipſi auxiliū allaturi: hærentes & dubij vtram in
partem ſe verterent: cum & obuiam ire Romanis vellent: fore ta=
men ſatius rati celerius ſuis opitulandū: ſtudio quodā indiligenti
& temerario/curſuq; nimio ferebanť: itaq; vt turpem fugā iniſſe
potius viderenť q̄ velle alijs inſultare: cum alias tamen icirco pro
currere vt ſuis pręſidio eſſent: ſed trepidationis plus longe q̄ iræ
his inerat. Perſæ vero cum Dilimnitas vidiſſent trepidanter adeo
& ſine ordine ꝓcedentes/præter fugam nil aliud eſſe eius rei cau=
ſam rati: nimirū cum haudquaq̄ eos ad tantū dedecus perueniſſe
putarent: niſi magnū aliquod & incredibile his inſtaret diſcrimen:
tunc demū & ipſi terga hoſtibus dare & ignobiliter diſſipari & p̄
cogitata iam fuga apertius ferri: Perſis itaq; effuſe iam fugienti= Perſæ fugan
bus: Dilimnitę & ipſi fugę ſe comites his addidere: & vna curſum tur
tenebant: vt qui ſuos iam fefelliſſent: & ipſi tunc ab his fallerenť:
his itaq; ita peractis ex oppido magna vis Romanoꝝ mox pro=
deundo: exercitusq; extrema carpendo ſemper & obtruncando cla
riorem longe hoſtibus diſceſſum fecere: & cum alij aliunde irrum
perent, aduerſus adhuc reſiſtentes in vnumq; coeuntes/pugnando
elaborabant: nam leuū hoſtium cornu aperte iam inclinauerat/ſo
lutumq; erat & profligatū: in dextero vero ordine ſuo inſtructi/
fortiſſime repugnabant: ſiquidem pręſidij loco elephanti oppo=
nebanť: qui vbi in mediū prorupiſſent, Romanoꝝ ſicubi forte cō Pars Perſaꝝ
ſiſterat, aciem obturbabant/& ſagittarij qui his vehebanť magno ſiſtitur
detrimento afficiebant/qui in ſe impetū facerent nimirū qui elati Pugna.

in altitudinem eſſent:& ex eminenti tela conſideratius iacerent: ad
hoc accedebat ꝙ equitũ turmas decurrendo facile inuadebãt & pe
ditibus ipſis armis inſignibus cõmunitis eſſent infeſtiores:iam eñ
ea ex parte Romani in fugã iam inclinantes, per eas belluas ageban
tur. Martini vero ſatelles quidã Ognaris illi erat nomen, in angu=

Ognaris fa‑
cinus

ſtiſſimo ſic coartatus vt inde euadere haud libere poſſet/vt iam ſui
deſperans:perinde fortunã periclitatus, elephantoꝝ quendam in=
trepide ſe impetentem in ſuperciliũ magna vi lancea ferit, ſpiculũqꝫ
illi ita impegit defixitqꝫ, vt haſtę reliquũ quod iam extitiſſet a fron
te penderet:tum ille vulnere ipſo excepto tremuloqꝫ & vibrante cir
ca oculum telo, turbatus in ſuos conuerſus deferebatᷣ reſiliensqꝫ &
circumactus/nunc ꝓmuſcidem veluti ſtimulũ agitando Perſarũ
ꝗ̃multos percutiebat, & in altum iaculabatᷣ/in longũqꝫ hunc por

Elephas vul
neratus

rigendo aſperum ferũqꝫ ſtridorem & crepitũ edebat:& protinus
ſuperſtantes Perſas excuſſos ſternere & obtritos occidere:quo fa
ctum eſt/vt Perſarũ agmen prorſus is fuderit:equos p̃terea ad q̃s
proxime acceſſiſſet, terrebat, dentibusqꝫ pręcidebat/vel lacerabat
quod p̄henſaſſet :itaqꝫ eiulatus & tumultus omnia complebanᷣ:
equi ſiquidem ex tetro bellue inſolitoqꝫ clamore pauefacti, habe=
nis contineri nil poterant/ſed vngulis altę elatis, cum in pedes ſe e=
rexiſſent, inſidentes decutiebant/moxqꝫ per mediũ agmen ſoluti

Reliquię pꝫ
ſarũ turbanᷣ

paſſim ſaltuqꝫ delati/frementesqꝫ vagabanᷣ. Sed multi mortales
mutua concuſſione & alterno compulſu, eliſi inuicem ſingulos
ſingulis fuga pręcedere contendentibus fato defungebanᷣ: eo igiᷣ
vbi iam magnitudinis Perſarũ euecta trepidatio eſt, omnes qui ex
oppido, hoſtis gratia inſectandi exceſſerant:& ſiqui forte intus re
liqui erant/phalange facta & fronte ipſa ꝗ̃ualidiſſime ſcutis mu
nita hoſtes inuadunt adhuc trepidantes:illi vero vt recens defatiga
ti cum Romanoꝝ impetũ minus tuliſſent fugæ ſe celerius permi
ſerunt:nullo ſeruato iam ordine quo vel fugiendo tutari ſe ab in=
ſiſtentibus poſſent/ſed palantes vt cuiqꝫ ſuccedebat, diuerſi abibãt.
Nachoragan vero nam & hunc quidem rei geſtę miraculo defixe

Nachoragę
fuga

rat ſtupor citato curſu retro ad ſuos deferebatᷣ/vniuerſis flagello
quod manu geſtabat ſignificans iubensqꝫ vt concitatius fugerent:
quod tamen iampridem hi, & ſedulo factitabant, ſic illi iactantiæ
malum in contrariũ recidit. Romani interim haudquaꝗ̃ prius ab

hoſte vel inſectando vel obtruncando deſiſtunt, quã Martinus p̃
fectus vbi ſatis iam ſe habere victorię duceret/ſub tubæ clangore
exercitũ reuocaſſet/& ardor iam deniq; refrixiſſet. At Perſæ vix
tandem ad ſua caſtra contulerunt/non minori q̃ decem miliũ belli
coſiſſimoꝶ virorũ in eo bello iactura facta. Romani demũ vbi
ab inſequendis hoſtibus in Phaſim oppidũ ſe receperũt teſtudines
omnes & cætera Perſaꝶ tormenta, circa muros relicta, protinus
incenderunt: vnde ingenti excitata flamma cum Perſæ qui in ſiluis
materiã cederent/miniſtri ſimul & qui onera deportabãt viſo lon
ge ſerpente in altum fumo/in aereq; mobili trepidatione eo in ſub
lime euecto extemplo miſeri ad oppidũ conceſſerunt: ea ducti opi
nione vt crederent quod Nachoragan iactitarat mœnia conflagra
re, vnde effuſo curſu deferebant̃ veriti vt equidem reor ne agendę
rei tempus ſe p̃teriret & omnia prius in cineres collaberent̃, q̃ eo=
dem ſe ipſi conferrent, vbi vero eo eſt ventũ ad vnum omnes a Ro
manis comprehenſi protinus obtruncãt̃, perinde ac ſola de cauſa
adueniſſent/occiſa ſunt itaq; ad hominũ milia duo, tot ſane viris
operi faciundo dumtaxat intentis & rei bellicę imperitis vt qui nũ
q̃ in aciem proceſſiſſent, repentini exitij & temerarij Nachoragan
ille cauſa fuit: qui ea his ſtolide imperaſſet vbi igitur hęc obtigere:
Romani quidem ſpei iam pleni poſſe in poſterũ ſe barbaros ſupe
rare ſi forte hi aliam belli fortunam temptaſſent: recenſito exercitu
non vltra homines e ſuis ducentos hoc bello cecidiſſe comperiebãt
quos decentiſſime humatos demirabant̃: & ob animi ꝓmptitudi
nem extollebant: vt qui viri fortes fuiſſe arguerent̃ ſpolijs deinde
ex proſtratis hoſtibus lectis armorũ aliarumq; rerum quibus illi
exornabant̃ ingens cumulus fuit/non enim ſcuta dumtaxat thora
cesue & pharetras eorũ qui ceciderant: quidam geſtabant ſed aure
os etiam circa collum torques, & ex auribus pendentia ornamen=
ta ac eiuſmodi cætera effœminatoꝶ varia & ſuperuacanea ope=
ra, quibus Mędoꝶ primores pręcipue decorant̃ vt ſpectatiores
cæteris ſint, & a vulgaribus alijs, ac infimę ſortis hominibus noſci
tentur. Nachoragan aũt quia ei neceſſaria defeciſſent & iam hy=
ems appropinquabat videbat̃ quidem adhuc belli ꝑcupidus haud
tamen ad id ſe p̃parabat, nec factis quod viſus eſt velle exequebat̃
ſed Dilimnitaꝶ agmine demũ circa Romanoꝶ ſtationem dimiſſo

Romanoꝶ victoria

Impedimenta Perſarum incendunt̃

Duo millia operariorũ Perſarũ interimuntur

Quot Ro. cæſa.

Spolia ex Perſis cæſis

quod fidem perinde faceret ſe mox aduenturū: extemplo cū omnibus copijs Cothaiſim & Muchyriſim verſus lentius iter habebat: itaq; cum ad multū viæ iam proceſſiſſent: tum demū & Diliminitę ſolutis ordinibus leuiſſime abſceſſerunt: quippe qui ad res vacuas ſemper inanesq; mitterent̃: & ſi alias validiores ſint & pręceleres aberat p̃terea & Perſarū equitū turma quę per Nachoragan in ſaltum ad Neognitū flumen vt diximus ob Martini diſſimulatōem iā fuerat deſtinata. Hi igit̃ cognita ſuorū fuga & Romanorū victoria, & iſtorum quę eius loci poſſeſſione occultis mox callibus publicis a vijs remotis ad Muchyriſim ſe receperunt: certaminū quidem expertes: fugæ tamen & ignominię participes facti, Nachoragan vero vbi vniuerſus iam exercitus conueniſſet, equitatus robore eodem relicto Ilarchæq; & prefecto Hualſeze viro ſane apud Perſas clariſſimo in Hiberiam cum paucis redijt ea in regione hibernaturus.

Perſæ in Hiberna ſecedunt.

Prefecti Perſæ

## LIBER QVARTVS

Athanaſius

DVm interea ad hanc Romanis victoriam bellum cum Perſis geſtum iam euaſit: & p̃inde rebus induciæ eſſent, armis iam quieſcentibus in quęſtionem mox venit audax illud in Gubazem facinus. Athanaſius igitur ad id delegatus altiore throno decenter inſedit, veſte indutus qua ciuium Romanorū primores vtuntur magiſtratu fungentium, huic aderant viri & ſcribere velocius docti & literas curſim perlegere cum his ſimul & adminiſtri graues quidam & ſeueriores & ſcientiſſimi in foro iudiciali vafredinis circūſtabant: & tonanti voce p̃cones lictoresq; magiſtratibus aſſueti: his permiſſum vt ferrea vincula/collarios circulos/compedesq;/& huiuſmodi cætera ad torquendū homines inſtrumenta ſecum deferrent: & ſane mihi Iuſtinianus Imperator ipſe, videtur nec indecenter nec temere ſed ſapientiſſime contemplatus quę vſui mortalibus forent. Iudiciū hoc pacto proce-

dere ea de cauſa iniunxiſſe, vt nō ſolum barbari homines maiori
quadam dignatione & reuerentia traditas ſibi Romanas leges
demirarent̄: ſub ipſiſq; pati imperiū inſueſcerent: verumetiā vt ſi
Gubazes deſciſſere ad Perſas voluiſſe deprehenderet̄ iure poſſet
is cęſus videri: & Cholchij de cętero nil angerent̄: nec perinde rem
grauem perpeſſi moleſte id ferrent: tum & hi qui cędem patraſ-
ſent ſi falſo Gubazem arguerentur defectionis inſimulaſſe ita eſ-
ſent afficiendi & condemnandi vt pręcone ſe comitante per homi-
num cœtus circumacti exitiali gladio aſtantibus vniuerſis capite
plecterent̄, futurū eſſet vt rei exitus per barbaros magnifieret: &
duplicata ſimul & aucta his viderent̄ ſupplicia. Satis enim Impe-
rator callebat q̄ ſi ſeorſum & repentius moreq; Barbarico Ruſti-
cum Ioannemq; interfici iniunxiſſet Colchios omnino exiſtima-
turos fuiſſe haudquaq; ſufficienter acceptā iniuriā deleri hoc pa-
cto poſſe / nec decentes delicti pœnas hos pependiſſe / ſed iudiciale
forum ſi ſuo ex ordine maneat conſtitutū, ita vt vtrinq; contradi-
ctione & litibus decertet̄: miniſtris iudiciarijs vltro citroq; curſi-
tantibus reis actoribuſq; coram conſtitutis, ita vt rogati reſpon-
deant comparente iudicū maieſtate & grauibus ſententijs auditis,
& quod horribiliꝰ eſt in exitium ſæpe ꝓnunciatis profecto maius
aliquid Barbaris viſum id iri exiſtimabat: & quod admiſſi facino-
ris excederet merita nimirū cum iudiciaria hæc inſtitutio vel ipſos
Bizantij ciues: & ſi continenter in ea exercitatos perterrefacit, &
plęrunq; nō ſatis ſui compotes reddit / nedum barbaros homines
& talium inſuetos vnde nil ambigam Romanas has leges immo
& Atticiſſimas vel aduſq; Caucaſum ꝓdiſſe. Ruſticus demū Io-
anneſq; producti e carcere iudici ad leuam vt rei aſtabant vtrinq;
accuſatores aderant, Cholchiorū ſapientiſſimi Græcęq; loqui iam
pridem inſtructi orabant in primis Imperatoris ep̄ſam in mediū
recitari, quam antea Ioannes de his rebus ad pręfectos detulerat /
quod vtiq; & Athanaſio iudici placuit: & vt ex his quiſpiam ad
hæc inſtitutis epiſtolā magna voce perlegeret, quę iſtiuſmodi eſt.
Incredibile quidem & abſurdū videtur quod nobis renunciatū eſt
Cubazem. ſ. voluiſſe patrijs ritibus derelictis & qui ſecum iam-
pridem de diuinitate vnū & ſentiunt & fatentur. Romanis dico &
ſuis ducibus deſtitutis ad infenſiſſimos & alieniſſimos velle de-

Iudicium de nece Gubazis.

Leges Romanæ.

Rei corā iudice ſiſtunt̄

Epiſtola Iuſtiniani recitatur

ſciſcere: & qui de deo aliter longe ac ipſi nos ſentiunt preſertim
quum nil prorſus moleſtius ſit a nobis perpeſſus: veruntamen
cum ſatis intelligamus humana omnia mutabilia & labentia eſſe
& cum ipſa rerum incidentiū varietate naturā etiam circumferri/
non omnino diffidendū etiam renunciatis cenſuimus/ nec cōmit-
tendum quo minus quę huic ſunt aut alteri cuiq; praue conſulta
vel hoc tempore caueamus ni forte curas nobis relinquere ſuper-
uacuas & cogitationes velimus ambiguas cum incertior adhuc re-
rum exitus maneat, tametſi alienū quidem & turbulentū maxime
ſit cum non omnibus poſſit fides firmior adhiberi ſuſpicione ſem
per & timore repleri, vel ex his quidem qui familiariſſimi ſint: ſed
alioquin & ſi id in omnibus vincat, ſequamur & ipſi naturā & re-
latis nil fidei demus: ſed ne quid ſęue crudeliter q; in gubazem per
nos forte agatur, neue nō perinde decentius remolleſcamus/ ſed e-
uitemus vt potius vtrinq; futurā forſitan penitudinem recte con
ſultum nobis eſt viſum/ & quod mediū teneat vt vir ille ſe ad nos
conferat: mittite itaq; eum ſiue volentem ſiue inuitum/ quod ſi vbi
id velle vos ille cognouerit obſiſtat tamen & vobis ſe comprehen
dentibus ſiue trahentibus venturū ſe neget quod iſtic factu erit p-
facile ſiue propulſet, aut obuiam eat, ſiue vtcunq; in vos manus
extulerit quandoquidem rei p̄meditatę argumenta nobis hęc fo-
rent. Et vos infenſiſſimi hoſtis loco hunc habetote: & ſi quis hūc
huiuſmodi audentem occiderit / merito cęſum cenſebimus, eritq;
id facinus patranti impune/ nec homicidij punietur: ſed perinde erit
ac ſi tyrannū occiderit laudandus. Hac igitur Imperatoris epiſto-
la eiuſmodi demandante perlecta mox Cholchij viri qui ad accu-
ſandum parati erant, quandoquidem iudices ita decreuerant vt
priores hi dicerent ita exorſi ſunt/ ſatis iam eſſet ſcelus id iudices/
quod hi auſi ſunt vel nobis tacentibus acerrimis hos ſupplicijs ſub

Oratio chol chorum accu ſatorum

dere, ſed qm̄ noſtris legibus viſum eſt oportere de patentibus ma-
ximiſq; criminibus haudquaq; ſententiā ferri niſi prius quę geſta
ſunt ſermonibus agitenī. Accedimus iam quę facta ſunt narratu
ri hoc pacto nobis quod lege cautū eſt abſoluetur: ſi ea quę di-
cturi iam ſumus ſimpliciter & ſine arte nunc explicamus: & ſane
hæc haudquaq; talia ſunt quę ſceleris queant magnitudinem per
ſcrutari: verum quęnam his excuſatio relinquetī: qui virum vt vo

bis amicum familiarem & ſociū eiuſdem vitę eorundem & ſœderū, ita & de deo vobiſcū vna ꝙ optime ſentientem, & omnia quę vobis conſuetiſſima ſunt aſſecutū impudenter adeo obtruncarint dep̄henſiq; ſunt, quandoq̄dem & hoſtibus pergratam rem fecerint: aduerſum vos inimicitias exercuiſſe Imperator O iudices iā interfectus genere nō ignobilis erat ſed virtutis ſtudioſiſſimus: & Romanoꝝ partes longe acrius tuebat̄ ꝙ paricidę iſti & ſcelerati: euerſæ iam Cholchioꝝ res ſunt & penitus defluxere ſed verius reſ pub. ipſa: & ſi pars quędam ipſi nos ſumus non perexigua huic ſubditoꝝ & vobis ſane deperijt noſtraꝝ rerum conſtans habitus ille & ad id temporis inoffenſus, ac viriū nō parum deceſſit veſter ꝙ pręſens iſte viuendi modus nō vndequaq; integer eſt ſed paululum imminutus nec adhuc decenter conſtitiſſe videtur, ſed contra arguitur ratio nominis cognomentū mentiri cum ſua, ſit integritate priuatus cum itaq; iſtorum delicto res veſtrę ita ſe habent, haud tamen oportere affirmant quod per ſe patratū iam ſit: & ſi pergraue admodū videat̄ vt ipſi nunc aduertatis ſed mentem ipſā ſcrutandā adeundamq; eſſe qua geſta res ſit & obſcurioribus argumentis nonnullis. i. ſatis decentibus vos incedendo animis v̄ris vt potius confingatis maximū vobis inde beneficiū acceſſiſſe ꝙ ex iacturę perſpicuitate quę vtiq; re ipſa & factis oſtendit̄ credere ea malitis his, hi argutiolis priuſq; in iudiciū veniſſent iactatis vulgatisq; multos ſe fallere arbitrabant̄. Si igitur O iudices in his certaminibus iſti hæc addant quę apud eos habent̄ qui plane intelligāt haudquaq; par fore tam apertam & expeditā iniuriā p̄termittere & incertis quibuſdā potius de cauſis falli & his fruſtra diſſimulatis, non enim ferendū id eſt vt hi aperte fatendo ſe hominem occidiſſe portentoſa nunc narrent plurimū. ſ. vtilitatis veſtris publicis rebus fuiſſe ea ex cæde allaturū, quonam pacto ſibi ipſis contraria ſunt nunc iſti confirmaturi, vel qui fieri id queat vt factum id dum graue abſurdūq; nuncupamus mentem ipſam mox laudemus qua patratum id ſit, inde reipublicę quę in rem forent p̄meditatum: enimuero vtilitas hæc & iuſticia diſiunctę ab inuicem iam pridem fuere proin ſæuitia quidem & æquitas nec iungi inter ſe poſſunt nec cōmiſceri ꝙ ſi nuda iſtorum perueſtiganda cogitatio, vel ex ea quidem hi & prauę mentis fuiſſe & peſſimi ingenij argue

rentur:vt qui Perſis gratificari voluerint,vnde nec Romani ſunt carnifices iſti merito nuncupandi nec vt eiuſdem gentis hominibus beniuole cum his ducenda ſit vita neq; vt admodum infeſtiſſimis quandoquidem ſunt a cõmuni naturę lege ſeiuncti nedum a noſtra & ſcripta aduerſarij nimirũ & alieni ex opere ſunt non ex loci diſtantia internoſcendi, qui enim quę hoſtibus placeant promptius exequat̃ iure pro hoſte habendus eſt:ſiue pręſens is ſit,ſiue vnam militiam faciat,ſiue ſuę genti fuerit ꝙ proximus,ſed dicturi forſitan ſunt neq; amicũ neq; Imperatorem ſe obtruncaſſe ſed hoſtem potius & tyrannũ:& qui Perſarũ rebus ſtuderet,eo veſaniæ hi peruenerunt vt ad Perſas defectionis inſimulent mortuum: ita nec miſero illi relinquit̃ vt malis eximi vel mortuus queat,nunc vero proditionis fit reus,tametſi vbi victor euaſerit nihil maloꝝ ſit de cętero habiturus:quęnam enim ſiue apud vos ſiue apud barbaros lex accuſationem collaudarit quę poſt iudiciũ fiet: hi nanq; accuſatores & iudices facti & hoſtes indicta cauſa om̃ia ſimul nil delinquenti ſupplicia intulerunt,quę vero tyranno & condemnato ſubeunda fuiſſent/nũc itaq; prodeunt ſe vt defendant qui effectum iniuria criminant̃,tametſi eos oportuiſſet ſi criminationibus iam ſatis fidebant vt priuſꝙ obiecta refellerent quicquid iuris in hunc habuiſſent protinus confirmare & primi in iudiciũ trahere: non nunc criminando rurſum & incuſarent. Nam ſi permiſſum id omnibus fuerit cur ipſi carnifices iſtos nõ occidamus ſi liceat nobis in iudicium forte deductis vt his fato defunctis quę antea deliquiſſent referre & hac via eniti iure nos contra peccaſſe,q̃nquidem priores ipſi pro re nequiter geſta affecti moleſtia nõ iniuria in hos vindicaturi eſſemus,hoc pacto altercationes decenter procederent,ſed neq; nobis id audendũ nec alteri cuiꝙ ſi pro patrijs fuerit inſtitutis viuendũ/Agedum ſi cuiq; liceat eos quibus cum inimicitię intercedant ſubito obtruncare,id q; ſæpius factum vel in infinitũ permitteret̃ quempiã audere,quonam pacto & vobis liceret intrepide ſententias ferre & tutius confirmare/quũ pro arbitrio quos velint interficiant omnes & interficiant̃ & inuicem inſidijs vti impune confidant,vel quomodo adepturi vos quempiam eſtis in quem ſupplicia inferre poſſitis,quin potius gens tua ad internitionem peribit pręreptura q; eſt queſtionis & tempus eo

rum proculdubio prauitas qui ſe ſe quotidiana impugnatione de
perdant:ſed cur inquiunt moleſtũ id fuerit ſi homine vno & hoc
proditore deperdito cæteri omnes qui nobis ſunt fœderibus ſocie
tateq; iuncti continentiores reddant̃:enimuero ex proditorum in
teritu,vel ſi infiniti diſpereant ſi nihil aliud interfectoribus afferat̃
vtilitatis iſtiuſmodi tamen vt e medio prorſus tollantur de ſe ſatis
ad aliorũ cõmodum valent/at ſi proditione nulla deprehenſa occi
datur temere vir pręcipuus aliquis & tormentis afficiatur,proin=
de in eo facinore aperte deprehenſus quo pacto ſocij poterunt cõ
tinentiores iam reddi,quo inquam pacto non iſti potius conuen
tiones diſſoluant,ſi ſceleris participes fuiſſe vos duxerint,id ſedu=
lo animo agitantes,quod ſi erga familiares & coniunctiſſimos ca
ritatis atq; iuſticię fueritis prorſus expertes in alienigenas & pere=
grinos ſero vos ſtabiles fore,nec eos niſi incidente neceſſitate de cę
tero cognituros/nobis tamen ſat conſtat nec eius vos conſilij par
ticipaſſe,neq; quod his dumtaxat inſedit ſcelus in omne Romano
rum genus iam peruaſurũ,neq; noſtram de vobis conceptã opi=
nionem q̄ fideles ex veſtra conſuetudine conſtantiores q; ſitis æ=
quiſſimarũq; vt ſit apud vos legum eximius vſus iſtorũ eſt mali=
gnitas peruictura ſed aliter longe ſentimus & veſtrũ id iudiciariũ
forum pro cõmuni gloria conſtitutũ videmus/vt vniuerſi intelli=
gant homines haudquaq̃; veſtra voluntate id factum vt tam gra
uia & violenta Cholchij paterent̃/ſed nunc forte in ambiguũ mul
titudinis ſententię diſtrahunt̃ & in incertum ferunt̃ quę ſunt cuiq;
viſa ex veſtro tamen iudicio quod ab hoc & vulgari longe pluri=
mum differt o iudices perſpicuũ fiet non familiariũ proditores
vos eſſe ſed peccantiũ caſtigatores: hi vero & ſi verba videntur in
ſui defenſionem feciſſe ſatis tamen coarguunt̃ ſeſe incuſaſſe & ſce
leris abſurditatem fateri,ſiquidem per Imperatoris epiſtolam præ
fectis iniungitur Gubazem ad ſe vt Bizantiũ mitterent & primo
ꝑſuaſionibus agerent,proinde ſi dicto minus pareret vt cogerent
non tamen prius necarent q̃; ad defectionem penitus deſcendiſſet
ſeu in Romanos cepiſſet hoſtiliter agere: Hi vero cum neq; præ=
fectorum munere fungerent̃:nec alias iſtis permitteret̃ vt licentius
& pro arbitrio agerent confeſtim miſerũ obtruncarunt:haud q̃q̃;
prius vt Bizantiũ iret hortati vel mediocriter vt renitenti vim in=

tulerunt nec tunc primū hominem periclitati ſi quo forſitan mo-
do non iuſſis obſequi auderet tametſi gloriarent̄ q̄ maxime & ia
ctare nil deſinant imperatoris mandata ſeſe peregiſſe cum illius po
tius aſpernent̄ ſententiam auſi in primis falſo Gubazem incuſare
& de ſe facere quę a rectioribus eſſent imperatis alieniſſima & qđ
cæteris erat abſurdius : nec prꝑfectis ipſis epiſtolā oſtenderunt vt
perceptis quę ſcriberentur ſatius facienda decernerent, quo igitur
pacto iſtorum audaciam non quauis pernicie & quibuſuis ſup-
plicijs longe ſuperiorem quis duxerit, liquet ſane nulli hominū in-
ferendam eſſe iniuriam idq; & fugiendū & vetitum iam pridem
fuiſſe præſertim cum amicus ſit & beniuolus qui a proximis im-
pugnatur & iniuriam patitur : quis enim noſtrum pro Perſarum
diuitijs ſua omnia offerentiū erga vos priſtinā immutauit beniuo
lentiam quis Coſrois Perſarū regis non eſt amicitiā aſpernatus &
cum ei ſat licuiſſet in omnem fœlicitatem procedere erga vos amo
rem imminuit: quis inquā cum ſua loca per Perſas diu opprime-
rentur veſtris adhuc contantibus auxilijs a vobis deſciuit & ita vt
ſubito ad ipſa Caucaſi montis miranda tranſiret & non potius tu
lerit in bellue morem vitam hic ducere, q̄ hoſtiū liberalitate admiſ
ſa: poſt reditū, domi in delitijs viuere. Quis demū erat qui veſtri ob
gratiā minus reformidaret quęuis grauiſſima pati Gubaçes nimi
rum o leges o iura: qui ad Perſas defecit: qui tyrannidem cępit: &
Romanorū res ꝑdidit: a Ruſtico & Ioanne abiectiſſimis q̄dem/
& ꝑditiſſimis viris vir regius eſt ille occiſus: ſed haudq̄q̄ oportuit
tam ſubito hūc per iſtos diſperditū iri: ſed per publicos potius Ro
manorū Cholchiorūq; magiſtratus maturius condemnatus : per
Imperatorem deniq; / vt cęterorꝫ quauis de cauſa maximū vt pœ
nas ꝑmeritas lueret. Verū cum nulla his eſſet tanti ſceleris iuſta
cauſa cōmittendi : ſed odia potius abſurdiora quædā & ex inui-
dia nata: ad id hos mali prouexerint nō iniuria rectis conſilijs pru
dentibusq; cogitatis: & vtilitatis cognitioni nil temporis reliquere:
ſola his audacia liuorq;: licentię plurimū exhibebant & qđ diu ani
mis agitauerant: cum deniq; parturiſſent ſic temere ſunt executi:
vt nec p̄ſentis temporis obſeruarent neceſſitatem ; nec quoq; pa-
cto conceperint animo tanto ingruente Romanis bello pruden-
tius viri officium fore: vt vel peregrinas & nondum cognitas na-

tiones beniuolentia ſibi & humanitate conciliarent: hi vero vel iā
pridem familiariſſimos hoſtes Romanis vt reddant q̄ maximi fa
ciunt: & iam ad id iſti peruenerant: nam & hoſtibus ceſſimus: &
aduerſus amantiſſimos olim conſilia inibant: terra Perſarꝝ erat: &
iam patrias leges apertius apud nos euanuiſſe contigerat & cęte
ra inerant quęcunq; factionū ſunt & diſcidiorꝝ indicia: cum itaq;
hæc omnia ſic re ipſa proceſſerint/ & peracta iam ſint: resq; nobis
tam prorſus defluxerint: exquiſita quędam ſunt his ſupplicia infe
renda: nam ſi nos in Romanos fidem ſeruauimus/ & in hac per
manendo ſtabiles ſumus: haud tamen o iudices par eſſe cenſemus
vt noſtræ benignitatis fructum hi referant vel minoribus pœnis
afficiantur q̄ facinoris natura depoſcit. Poſtq; accuſatores iſtiuſ
modi criminationibus vſi dicendi finem fecere Cholchiorꝝ turmę
audire quidem quę dicebantur haud ſat poterant: ſed cognitis po Cholchiorū applauſus
ſtea quę producta per ſuos in concilium fuerant: vel ipſę quidem
certando operam animi promptitudine inſudare geſtuq; corporis
ipſo & nutibus identidem circumferri & ſic animo affici vt quid
ipſi ſentirent quidue commiſerarentur prę ſe facile ferrent. Dum Iudicū conſilium.
interea iudices indicto ſilentio inuicem conſultando tacito rem in
cu ſarent condemnarentq; atq; adeo grauiter ferrent non ſtatim
reos perditum iri, Sed alioquin hos hortarentur in eorum defen
ſionem quę vellent vt dicerent Cholchiorum multitudo proceſſit
in medium & apertius clamitando fremebant: ita vt in apertū vo
ces iam ederentur: Cholchij tamen qui ad incuſandū deſtinati aſta
bant: manibus ſignificando: ſuos tumultuantes cohibuerunt: vn
de ſilentio facto/ in medium Ruſticus cum Ioanne germano pro
ductus verba huiuſmodi fecit: Fortuna nobis O iudices noſtro
rum conſiliorum exitum ſubito immutauit & plane in contrariū Ruſtici ꝟba
vertit: nam cum neceſſe fuiſſet rerum per nos geſtarum vt magni
tudine frueremur: nunc vero vt mortis rei: dicturi iam cauſam vo
bis aſtamus, ſed ſuauiſſimum id nobis certamen videtur & gloriæ
plenū: ſiqdem omnibus hoc modo perſpicuū fiet nos ſolū egregiū
id facinus egiſſe: vt hoīem tyrannū & ꝓditorem iccirco occide
remus: vt impatoris nr̄i res integrę forent: ita vt ſi vel mors nobis
ſit obeunda ſuſcepturi vt nō ingratā & volentes quidem hanc ſi
mus ac voluntariū id effecturi: quod angit, cogitq; & moriemur:

optimũ mortis hunc cõmeatũ & læticiæ habituri quod ſatis callemus Romanos adhuc in Cholchos habentes imperiũ nos relicturos & nondũ illud ab his fuiſſe per alienos ſubtractũ: Quod ſi apud Perſas dicenda nobis cauſa eſſet negaturi omnino eſſemus quę feciſſe arguimur extimeſcendaq; eſſent certiora iudicia timore perculſi in ambiguo forſitan verſaremur: quibus nam verbis vtendum eſſet apud iudices pręcipue immaniſſimos: & egerrime ob id quod patratũ eſſet ferentes: ſi ſpe fallerent: Romano vero iudicium gubernante qua nam de cauſa ſumus quod fecimus negaturi: quid præterea ea excuſaturi: quibus & vos affecti beneficio eſtis cum tyrannũ occidimus: non enim inclitũ illud & imperatorium nomen illi reddendũ qui ex rebus ipſis ab ipſo hoc nomine ſit alieniſſimus viſus: tametſi accuſatores iſti ingenti voce apud vos proclamarint indignũ facinus fuiſſe nos auſos qui imperatorem necarimus: non enim ex purpura ſeu quouis amiculo & extrinſecus quę viſuntur alijs ornamentis: id regium nomen eſt cuiq; tribuendũ: ſed ei qui æquitatem exerceat: nec decentia aſpernet: & cupiditates his ſolum rebus emetiat quę animi ſtabiliunt ſapientiam, ſi enim ipſi virum hunc occidendo iniuſtam rem auſi ſumus ęquior futura eſſet in nos criminatio meritoq; & violenti & inſolentes per Cholchios nunc diceremur/ſin vero ſuis ex moribus procul is a regijs hiſce officijs aberat ita vt nec moderati quicq; nec penſi per eum conſuleret niſi vt clam in nos Perſas deduceret: & his hæc proderet loca: cur non potius his egregie factis imminentis mali tempus erat pręueniendũ q; regiam ſtolam verendo ſub hoſtium ditionem venire: enimuero qui periculũ ſibi aliunde pręmeditatũ pręnouerit: cum protinus queat inſidias declinare: & pręſens vtcunq; propulſare diſcrimen: vt impoſterum occurſuris conſideratius queat ſe coaptare: pofecto maiori ſæuitię aſcribet: ſi tum primũ tormenta ingeſſerit: & non potius ſua ſit poteſtate contentus: qua contra poſſit cum velit malũ inferre: at vbi conſilia ſint ad rem ipſam deducta & ad opem ferendam nihil ſit temporis reliquũ: ſed eueſtigio ſint omnia peritura: & cum omnium communi ſalute dematur etiam huius ſpes omnis recuperandæ: hic nimirũ ſapientibus celeritas eſt pręligenda: ac ne quid indecentius patiant mox procurandũ: ſi igitur nunc iſti irrumpant accuſa

Imperatoris nomen

tores inquinatū ſcelus fœdamq; cędem identidem clamitantes &
eiuſmodi nuncupationibus id factū decantent & in rem geſtam e=
nixe nitantur intendere:veſtrum erit o iudices eos ad memoriā re=
uocare & contemplari qui priores eiuſmodi cauſas obtulere qui=
bus ipſi per nos rem geſtam inuaſimus & facti ex æquitate animi
bonitatem gnoſcere: quandoquidem plæriſq; in locis per ciuita=
tes vagos quoſdam & perditos homines ſiue fures ſpectamus ſi=
ue alios qui grauiora quædam admiſerunt facinora & hos qui=
dem capite plecti illis vero pedes pręcidi, haud tamen factū id in=
cuſamus, & ſi ſit inhumaniſſimū viſum nec pręſidibus ipſis qui
ea ſupplicia inferunt ſuccenſemus, nec perinde crudeles, ſceleſtos,
ac infœlices hos dicimus, ſed priora illorum ſcelera animo agitan=
tes ad memoriā reuocando pro cōmiſſis pœnas hos luere credi=
mus:perinde ea oblectemur crudelitate ſi modo dicenda crudeli=
tas eſt quid ergo cōmiſimus ſceleris hominem necauimus nobis in
fenſum/tametſi inimicitiarū accuſatores id nomen aptius partien
do non ei tantū qui longo tantū ſit interuallo ſepoſitus aſtruant
conuenire, ſed cuiuis hominū & ſi eiuſdem ſit nationis quę hoſtes
faciunt facere adnitatur, & nobis item vt optima ac veriſſima hęc
probatur ſententia vt quę rei ipſius naturam perſpexerit cū itaq;
vtriſq; noſtrum id placeat Agedum hoſtem fuiſſe Gubazem/&
prodito vtamur nunc argumento quandoquidem huic innitendo
iure is cęſus videbitur/vniuerſa hæc nanq; barbarica natio, & ſi
Romanoꝝ ſit ditioni ſubiecta animo ab his tamen alieniſſimo q̄
procul abeſt:& legum ordine degrauata:ad res nouandas, tumul
tusq; excitandos:ſuapte natura defertur:ſuoq; more & libere vi=
uere his haud dubie perq; ſuauiſſimū eſſet:nec cuiq; ſubdi ne im=
probitatis pœnas ſubirent:vnde cum id aſſequi nequeant:alias ta
men hi nationes quę hiſdem ſecum vel ritibus viuant & q̄ proxi=
me ſint:vt ſibi adiungant q̄ maxime ſtudent. Quo vicio:& ſi aper
te Gubazes tenebatur quia & barbarus natus & communi hoc
genti perfidiæ morbo tunc laboraret:eo eſt tandem aduerſum nos
liuoris euectus vt non decætero duceret quod animo inerat occul
tandum:quin potius accelerare/& re ipſa iam odia exequi prauo
fixa iampridem ingenio:ac male diſſimulata:ſiquidem inſudanti=
bus nobis & quoduis diſcriminū attrectantibus:nec permittenti=

bus hoſti quippiam ex voto procedere: ipſe tamen domi manen-
dum cum ſuis iam duxerat: & a laboribus procul abeſſe malebat:
cum alioquin & diligentius obſeruaret & percontaret᷑ certaminũ
motus quo loci eſſent: tum ſiquid Romanis fuiſſet bello egregie
geſtum: exꝗ victoria quid certioris fuiſſet: & verę glorię partum
confeſtim is infenſiſſimi animi prodita vanitate: & obtrectare ad-
nitebatur: & perinde parui momenti facere ex rebus geſtis laudem
comparatã: vanum rei principiũ: ac vaniſſimũ item euentũ iacti-
tans fore nec noſtra id quidem virtute factũ: ſed fortunæ temeri-
tate: Quod ſi forte ſpem pręter aliquid minus proſpere gerebat᷑:
qui enim id fieri poteſt vt res humanæ non plærunꝗ in contraria
aduerſaꝗ deuoluant᷑: vel eodem vt ſemper ſtatu procedant: tum
is veluti promptior quiſpiam rerum geſtarũ cenſor fortuna ipſa
perinde innoxia ſtatim omiſſa tanꝗ̃ expers illa vt eius caſus fuiſ-
ſet quod haud ſatis probe per nos gerebatur pręanimi puſillitate
debilitateue manuũ & conſultationibus ſtolide factis eueniſſe id
decernebat non fortunę temeritate vel inconſtantia nec huiuſmo-
di cætera quorũ contumelioſius nos arguebat hoſtiũ aſcribebat
fortunæ qua nos ſuperaſſent: vnde cum nihil tacitũ ferret non ſo-
lum Perſarũ exercitibus notiora hæc faciebat quibus oẽm operã
inſudaret/ſed vel in Hiberiam vſꝗ ad Alanos Suanorũꝗ natio-
nes & cæteros barbaros qui & vltra Caucaſum incolunt loca vel
alios item atꝗ alios qui ab his longo ſint interuallo & vltimos ha
bitent terrarũ fines nuncios dimittebat qui ferme ſignificarent Ro
manos bello inualidos a barbaris deuictos debellatosꝗ eſſe: & ſa
ne huius rei ob gratiã nuncios tranſmittere nunꝗ̃ deſijſſet ſi mo-
do continenter id facere potuiſſet quod vtiꝗ ſtudiũ non ſolũ ad
Romanoꝝ is efferendã ignominiã ceperat, & ſi magnum id erat
infenſi animi argumentũ ſed aliud quiddã & longe maius elabo-
rando machinabat᷑ nimirũ qui eam famã quę de Imperatore Ro
mano apud barbaras gentes peruicit quod potentiſſimus ſit tro-
pheisꝗ & plurimis pręditus vt in partem diſſolueret iccirco animũ
intendiſſet vt barbaras gentes & ſi virium Romanaꝝ admiratõe
ſimul & formidine captas audentiores fidentioresꝗ redderet, nũ
igitur hoſtis erit & iure qui iſtꝰ faciat nuncupandus /an amicus po
tius & beneuolus Imperator ſociusꝗ & fœderibus iũctus ſiue vt-

aliaſcunq; denominare accuſatores hi glorient̃ tametſi id nomen
vtriſq; ſi cõmuniter tribuat̃;haud tamen aliter amicus diſcerni ab
hoſte queat niſi ex incidentiũ rerum euentu & vtrum recte an ali-
ter affectus animo ſit:ſi igitur Gubazes noſtrã victoriã ægre tu-
liſſe arguitur & iocunditate effectus ſi quid ipſi forte deliquimus
cur aduerſus Romanas leges Barbari iſti inclamant quibus in hos
animaduertere conſueuimus atq; adeo vt has forte ſuſtulerint cũ
reipub.firmitatem in partem obturbant demoliunt̃ & vaſtant:ſed
ſi videtur quę dici decentius poſſent/nunc omittamus & rerũ dum
taxat contemplemur experientiã/quo nam nos illa ſit traductura:
tenebatur a Perſis præſidiũ Onogoris ex Archepolis circumiecto
agro adempta/& erat quidem intolerandũ id dedecus hoſtilem ex
ercitum infra noſtroꝝ locorũ conſpectũ tam valide conſediſſe vi-
cerat in pręfectoꝝ conſilio ea ſententia vt in hos cum viribus vni-
uerſis iretur euerteretur q; ſiue ſaltem depelleret̃ : quod ibi reliquũ
eſſet exercitus diu iam collocatũ:Erant quidem nobis Cholchioꝝ
pernecessariæ copiæ vt non modo pro ſua eorum locorũ peritia
plus aliquid ꝙ hi qui eius regionis ſunt imperiti ad cõmunem vti
litatem excogitarent ſed vt bellantibus nobis aduerſus armatos &
e munitionibus ꝓpugnantes vel in Perſas etiam qui eſſent e Mu-
chiriſide aduenturi auxilio forent & ſimul obuiã irent quid tum
igitur hiſce in rebus præfectis agendũ fuiſſet : nimirum precario
gentis ab Duce Lazorũ depoſcendũ auxilium erat,factaq; peti-
tionis mox æquitate in belli ſocietatem ea gens aſciſcenda precati
ſunt itaq; & rei ipſius aperuere neceſſitatem ille tum vt qui pro in
dubitato imperatorem ſe duceret perinde ac fas ſibi iam eſſet pro
arbitrio viuere nec militare quidem nobiſcũ volebat nec ad pręſi-
dium expugnandũ contendere atq; adeo vt ne adeſſe quidem tunc
toleraret,nec pertinaciam deprecari ſuã,nec ad negandum ſaltem
aliquem pretextũ moliri creditu facilem ſed præfectoꝝ reijciebat
petitiones grauius longe & plane acerbius ꝙ mercennarij & ſub-
diti hominis dignitas pateret̃:Ad hæc in prefectos odium accede-
bat/& hoſtiliter illis conuiciabat̃ perinde ſtrennue factũ id duce-
ret & Imperatore ſat dignũ quin etiam nomine ſingulos compel-
lando iam diu pręmeditatus & fidens criminationibus non inceſ-
ſabat deinde cunctandũ fuiſſet vel egregiũ opus diutius differen-

dum & caſtigationes ab eo expectandæ maiores, vel imperatoris
epiſtola depromenda, cuius hic iuſſu Bizantiũ iret, qui ſiue in ter
ris ne breuius quidem iter facere noſtri gratia vellet, ſed qua nam
arte ad Imperatorem tranſmitti hic poterat homo qui tantop̄e no
bis eſſe infenſior occepiſſet/ niſi cum infinitis & turbulentiſſimis
ſeditionibus ac ciuium cęde, & aperta quadam ad Perſas defectio
ne tum haudquaq̃ vt hoſtis impudentiſſimus & vim omnino fa-
cturos dictis eſſet obſecuturus & eius gens omnis ad ſeditiones
ſit promptior, tum quia ſuapte natura ad res optime conſtitutas
more barbarico cõmouendas & obturbandas feratur tum etiã
quia in proximos habeat qui ſe tueant̃, vnde & nos principe ſedi-
tionis ſublato tantarũ calamitatũ materiã tanta facilitate ſedaui-
mus vt nunc apertius credi non poſſit quod erat omnino futurũ:
non itaq; iudices hi nunc epiſtolã proferant neq; iccirco nos de-
primant, quia quę in ea perſcriberent̃ ſectati nil ſimus id nanq; q;
haud ſatis pateret vt Gubazi eſſet Bizantij ad imperatorem eun-
dum profecto periclitatio erat & temptatio quædã iure compoſi-
ta vtrum ſponte is iuſſa ſubiret: vbi vero facile nobis eius animi
peruicacia cognita eſt & contentio quandoquidem id quod mi-
nus eſſet repudiaret quo pacto nobis non ad maiora erat progre-
diendũ & non e veſtigio ad eum finem mox concedendũ ad quem
multis intercedentibus malis aliquando tandem peruenimus: non
enim is qui temporis opportunitatem neglexerit/ nec ſe rebus ge-
rendis tunc ſtatim accõmodent/ licebit in poſterũ quod omiſſũ eſt
reuocare. Relinquebat̃ ergo vti apparet & accuſatores iſti fatent̃
ut Gubazem in iudiciũ euocarem & iocularia quædã excitarem
certamina & verborũ potius vt grauitatem & elegantiã q̃ rerũ ſe
curitatem diligerem haud tamen permiſiſſent id Perſæ qui p̄ſen-
tes iam eſſent & rebus incumberent: ſed poſtq̃ Gubazes hoſtis eſ
ſe & proditor vndequaq; arguebat̃ ad ſpemq; erigebat̃ tyrannicã
quid intereſſe Cholchij putant ſiue per nos/ ſiue per alios ſit is ob
truncatus: non enim pręfectis ſolum ſiue alias p̄potentibus neceſ
ſe eſt vt bona mens innaſcat̃/ & plane inſideat: ſed cuiuis hominũ
qui eius vitæ conditionis/ in qua ſit conſtitutus curſum vt teneat
decoremq;/ cupiat inſudare: & quod omnibus conferat/ pro vi-
ribus exequi. Quamobrem & ſi vani quidam & cõſpuendi/ apud

vos iudicamur ſummæ tamen erga Imperatorem fidei ſumus/& mirifice Romanos nos colimus: vnde & qui parare his inſidias vellẽt: quominus id facerent coercebamus. Quod ſi aliud quidpiã id pręter dicendũ erit: noſſe vos velim O iudices pulchrum eſſe & in vero æquiſſimũ facinus quod oportune nos auſi ſumus: nec ſine Martini voluntate patratũ. His peroratis Athanaſius nõ minus tunc primũ Ruſtici dicta, ꝙ Cholchiorꝫ: vt ſimillima veri, admiſit: vbi vero bis iam ea eſt de re conſultatũ: diligentius omnibus pſcrutatis: cum de ꝓditione & tyrannide factũ nullũ aperte conſtaret quo deliquiſſe Gubazes deprehenderet̃/ſed iniuſte potius videretur/& iniquiter fuiſſe cõmiſſa cędes/nec per Romanorꝫ obprobriũ ad Onogorim cum his ſimul in expeditionem iturum ſe Gubazem negauiſſe comperiret̃/ſed quia præfectis eſſet ob militiam admiſſam infenſior pręde licijs nimijs & negligentia debilitatis confeſtim Athanaſius quod de Martino dixerat Ruſticus ꝙ eius voluntate patratũ fuiſſet id facinus referendũ Imperatori potius ꝙ in p̃ſentia iudicandũ exiſtimabat: His vero vt aperte ſe cædem patraſſe fatentibus ex ſcripto ſententiã intulit: qua interfici iubebantur & capite plecti. Tunc demũ Ruſticus & Ioannes comprehenſi mulis impoſiti & publice circumacti maximũ de ſe/& horribile ſpectaculũ Cholchijs pręb uere: nam obſtupefacti aſtabant precone voce ingenti & apertius ꝓclamitante monenteqꝫ leges vt vererent̃ iniuſtaqꝫ cęde vel ſinguli abſtinerent: vbi vero pręciſa his capita ſunt tum omnes decuſſa moleſtia e Gubazis morte conceпta in cõmiſerationem ſunt verſi & in his certamen omne ſolutũ, proinde Cholchij Romanos rurſum ſumma beniuolentia proſequi & priſtinos renouare mores: his ita peractis Romanorꝫ exercitus per caſtella pręſidiaqꝫ hibernabat vt cuiqꝫ erat iniunctũ: interea viri quidam Miſianorꝫ primiores in Hiberiã ad Nachoragan Perſarum regem pręfecti renunciatis quę in Sotirem ipſum egiſſent vera ꝓfectionis cauſa occultata querebant̃: ꝙ poſtq̃ Perſarũ partes ſectandas ſibi delegerant per Romanos & Cholchios contemnerentur & inter abiectiſſimos habiti: deniqꝫ ſibi Romanorꝫ pręfectũ Sotirem inſtitiſſe & verbis quidem p̃tendere eorum ſe oppidũ velle vt ſocijs inde aurum impartiret: ſed finem fore in ſuę gentis perniciem: vnde cum in p̃ſenti liceret vel funditus his interire

Iudicum conſultatio.

Sententia cõtra occiſores regis.

Ro. exercitus in hibernis.

Miſianorum Oratores ad Perſas.

vel Romanos ꝑueniendo ex audaci facinore apud nonnullos ſibi gloriam vendicare, vel hoc ſaltem pacto imminui viuere tamen ſe pro arbitrio malle & ſua vtcunq; expedire ſit viſum diſponere de legiſſeq; potiora & quę magis humanis inhæreant moribus alioꝝ ſiue conuicia ſiue criminationes parui ſe ducere maximi tamen ſalutem Sotirem deinde fateri ſe obtruncaſſe vt exactis ex eo pro illata iniuria pœnis ad ſe & Perſas facta hoc pacto erga hos beniuolentię fide cum gloria maiori tranſirent, Romanos tamen non deſituros aſſeuerabant cum pro re geſta tum defectionis ob cauſam ad Perſas facta rem moleſtius ferre, ſed ſe q̃ celerrime inuaſuros ſublaturosq; vbi eo conceſſerint vniuerſos. Quocirca decentius fore vt qui ſe ſuaq; dederent, Rex vt benigne ſuſciperet opem q; ferret/eorumq; locis proſpiceret vt ſuę ditionis iam factis nec per negligentiã gentem nec paruam quidem neq; obſcurã & periclitantem iri diſperditũ ſineret: quippe quę ad eius imperiũ nõ parua ſit futura vtilitatis acceſſio/nam & peritos ſe belli eſſe facile ſe comperituꝝ aiebant, ſeq; poſt Perſis cum opus foret fortiſſime pugnaturos ſuamq; regionem quia ſupra Cholchos reſideat peridoneam fore, vnde tanq̃ e munitionibus in hos tuto fieri inſultus queant. His Nacoragan auditis Miſianoꝝ oratores perq̃ lubens excepit factamq; ad ſe defectionem probauit fidentesq; abire hos iuſſit vt in tempore Perſica auxilia habituros: hi itaq; vbi ad ſuos reditum eſt ſingulis vti acta fuiſſent renunciatis ſpei plenos hos faciunt. Vere autem incipiente Romani in vnum coactis iam exercitibus aduerſus Miſianos ducere ſtatuunt: Buzes vero Iuſtinusq; vt in inſula maneant conſtituunt: eas partes aſſeruaturi: & curæ vt his cætera forent ad hominũ autem tria milia equitibus pedites intermixti ad bellum ſunt miſſi inter quos erant clariſſimi viri Maxentius Theodorusq; Zannicaꝝ copiarũ præfecti vtriq; vt ſæpe iam diximus bellicoſi & ordinũ duces & hos quidem in expeditionem ꝓfectos ſubſecuturus haud longe poſt erat Martinus vt omnes ſimul ductaret, hi tamen interea ne inexercitati manerent eius exercitus prefecturã ſunt nacti quoad his eſſet per agrum pacatum iter Barazes Armenius & Pharſantes Cholchius qui nec laborũ tolerantia/neq; alia dignitate cæteris preſtant militibus ſed nonnullis inferiores potius eſſent Lazorũ præ-

Miſiani ad Perſas deficiunt

Expeditio in Miſianos

i

fectus alter militū erat. Dux alter Cholchici Imperatoris familiarium agminū haud tamen tantū his vel prudentię vel audacię inerat vt fidentius iubere pręeſſeq; Romano exercitui poſſent: & Romanoꝝ iam copiæ in Miſianoꝝ agrum peruenerant & progredi iam cupientibus impedimento fuit Perſicū agmen eodem coactum: Perſæ nanq; cum ſe Romanos ad bellum parare pręſciſſent & aduerſus Miſianos ituros ex Hiberia motis & e caſtellis circa Muchiriſim caſtris eodem quo & Romani tendebant agrum Miſianoꝝ vt mox defenſuri ita & allaturi his opem: cum itaq; circa Pſillioꝝ præſidia Romani ſtationem haberent tempus extrahere nitebant: quoad æſtas exiret. Nam velle tunc Perſis ſimul & Miſianis obuiam ire nec cōmodū fore & falli ſe poſſe rebantur. Sic itaq; vtrinq; exercitus quieſcebant & in neutrā partem progrediebantur: ſed ſe inuicem aſſeruabant intentiq; expectabant ſiquis prior in ſe impetū faceret: aderant autem Perſis Vnni Sabiriq; auxiliares & mercede conducti, conſtat hanc gentem & maximā eſſe & hominū copia abundare belliq; ſtudioſiſſimā ac rapinis admodum deditam ac alieni percupidā: ſed lucri auiditate & prædę ſpe nunc his nunc illis ſeſe in belli ſocietatem adiungunt & ſimul pericula ſubeunt ad alteriusq; partis hoſtes ſuos fallendo ſępe pertranſeunt: ſiquidem cum Romanis plęrunq; cum Perſis ſæpe & mutuo in aciem prodeunt & certamina ineunt momentoq; temporis ad vtroſq; exercitus alternis verſi ſtipendia faciunt, nam & priore bello aduerſus Perſas pro Romanis pugnarūt & Dilimnitaꝝ vim magnā noctu ſe inuadentem interfecerunt. Quo bello confecto pro conuenta acceptaq; mercede a Romanis alio abierūt ita vt rurſus qui pauloante Romanoꝝ hoſtes acerrimi extitiſſent hi ſeq̄rentur: ſiue ij dem illi hi fuerint ſiue alij quidam Sabiros tamen fuiſſe ſat conſtat: & eorum ex gente qui Perſis auxilio mittebantur: hoc itaq; Sabirioꝝ ex agmine homines ad quingentos ſub diuo conſederant & haud longe a cætero Perſaꝝ exercitu ſtationem habebant: quod vbi Maxentio Theodoroq; cognitū fuit & quod dearmati per negligentiā: & in hoſtico ſolutius viuerent: confeſtim in eos trecentoꝝ equitū turmā duxerunt: valloq; circumſeſſo, nō enim plurimū is eminebat: niſi quantū extrinſecus hominis equo inſidentis caput dumtaxat compareret: vndequaq; & e ꝓpinquo

Perſarum copiæ.

Sabiri mercenarij milites.

Romani in Sabiros irruunt

lanceis ſaxis ſagittiſq; & alio quouis armorꝝ genere quod manibus occurriſſet barbaros confodiebant: Tum illis plures eſſe q̃ in vero erant hos ſuſpicantibus & ſimul re inſperata perterritis: ſeſe tuendi nulla animũ cogitatio ſubijt: nec fugæ quidem locus patebat: vallo muroq; circumactis ibi ergo ad vnum omnes & paſſim

Sabirorum cædes

ceduntur: quadraginta & ſoli qui hoſtes mirifice latuiſſent vix euaſere: hi nanq; e muro quem reptando inſcenderãt in alteram ſe partem precipitarunt in denſioremq; : & proximã ſiluam delituere: quos tamen Romani cæteris cæſis inſectando perueſtigabãt: his itaq; Perſis renunciatis: extemplo duum miliũ equitum turmã acie inſtructa in Romanos miſerunt: illi tamen tanta multitudine in tempore declinata: iam factis contenti citatiore curſu retro in p̃ſidium vnde profecti erant ſe receperunt: pro re quidem egregie geſta gloria elati mutua gratulatione efferebant̃: tametſi Maxentij ducis ob gratiã grauiter angerent̃. Is nanq; vna cum cæteris dũ eos inſectaretur: qui ſe in ſilua abdiderant telo traiectus deſperantibus om̃ibus ſalutem recepit. Iuſtinus interea ſuis e ducibus quẽpiam Hunnũ genere Ehninzur huic nomen erat ex inſula cũ duobus milibus equitũ ad Rhodopolim oppidũ miſit: Rhodopolis

Rhodopolis

vero Cholchiorꝝ quondam oppidũ fuit a Perſis tamen tunc tenebatur: per Mermeroem regem antea captum & valido p̃ſidio obfirmatũ: quemadmodũ autem tranſacta ea res ſit quandoquidem Procopius rhetor de caſatis perſcripſit pretereo: eo igitur vbi eſt ventum proſpera quędam iuuit fortuna: exceſſerat nanq; tum forte ex oppido Perſarꝝ preſidiũ ad breue alibi permanſurꝝ: incolarꝝ q; multitudo ipſa diuerſim diuagabat̃: opportunitatem igitur nactus Ehninzur ſine vllo labore vrbe potitus per eam ingreſſus diſ

Rhodopolis a Ro. capit.

currit & Perſarꝝ quos reliquos eſſe intus deprehendit, occidione occidit: ciues vero vbi cognouit externo potius pauore q̃ ſua perfidia cum Perſis ſenſiſſe vt patriam incolerent rurſum permiſit & acceptis obſidibus omnia in tuto conſtituit: hoc pacto Rhodopolis ad priorem ſtatum redacta: patrias leges recepit: & ſub Romani Imperatoris denuo ditionem conceſſit. Sed ea æſtate nil aliud actum memoratu dignũ: hyeme vero iam appetente: Perſæ q̃dem ſublatis caſtris ad Cotaiſim in Hiberiam ſe receperunt: vt his ipſis in locis hibernaturi auxilia deteſtati quę Miſianis tuliſſent: nõ em̃

id æquum eſſe cenſebant nec patrio more permiſſum: vt eo tem-
pore anni: in tam longinquã expeditionem labore attererent: Ro-
mani vero perinde obſidione iam liberati occeptũ iter tenebant: ve
rum vbi ad Tibelium: id pręſidio nomen iam peruenerunt: id nan
qꝫ Miſianoꝝ Apſiliorũqꝫ agrum diſterminat: superuenit Marti-
nus qui cæteras copias ſecum ductaret: & exercitu vniuerſo diſpo
ſito eodem cõſedit. Sed interea morbo & graui correptus: ademit
quidem & intercidit ſuimet animi promptitudinem. Is ſiquidem
ea hic mente immorabať: vt in Cholchiũ agrum & eius regionis
caſtella paulopoſt rediturus: qui vero relinquebanť cum ad Miſi
anos progrederenť a prioribus præfectis deducti primo quidem
temptandos hos eſſe duxerunt: ſi forte vellent ad bonam mentem
redire: ac ſuis recognitis ducibus cõmiſſoꝝ iam deniqꝫ pœnite-
ret: & redditis ſimul Sotiri ablatis pecunijs Romanis ſe dederent: Ro. cum Mi ſianis de pa- ce agunt.
vnde delectos Apſilioꝝ ex gente facundiſſimos viros ad Miſia-
nos oratores dimittunt. Miſiani vero tantũ aberant: vt cœptã a-
mitterent crudelitatem: vel futuris officijs vt hanc compenſarent:
hiſqꝫ perinde ornarent rerum ſuarũ abſurditatem vt tanqꝫ nefarij
ac perditi homines ius gentium aſpernando & conculcando Ora
tores confeſtim occiderint: viros ꝑſertim Apſilios eiuſdem vitæ: Miſiani ius gentium vio lant.
eorundemqꝫ morũ finitimos pręterea & eorum prorſus expertes.
quoꝝ ipſi Romanos & Sotirem incuſaſſent pręſertim cũ ſe ami-
ce beniuoleqꝫ & quę in rem eſſent cõmonefacerent: nec moleſtius
mandata referret: eo hi furoris euecti: at tunc primũ impia quædã
adorti: præcipites decætero eiſdem oppreſſi malis & maiori cum
impietate deferebanť: ſiquidem cognito Perſaꝝ diſceſſu: & deſpe
ratis ex conuentione priſtina auxilijs: confiſi tamen locoꝝ difficul
tatibus ꝙ ea nec ſe adire nec tranſcendere Romanos poſſe rebān-
tur, Deteriora quędam aggrediunť. Eſt mons quidam vrbi obie-
ctus non admodũ eminens aſcenſu tamen accliui difficiliqꝫ abſci
ſus vndiqꝫ & plane abruptus in medio breuis quidam & nõ mul-
tum attritus apparet callis expedito cuiqꝫ vni vix peruius atqꝫ adeo
vt ſi vnus aliquis eius montis ſummũ faſtigiũ armatus inſederit
hoſtes omnino ſit tranſitu prohibiturus: vel ſi eorum infinita ſit
multitudo: vel leues quidã & agiles ſint quales eſſe Iſauros ferũt:
huic itaqꝫ loco confiſi in violentiſſimã quandã deſperationem ve

nerunt, Romani vero patratū in oratores ſcelus vbi his primū re-
Ro. in Miſia nunciatur: ira cõmouebant: Sed dum interea barbari cunctarent:
nos progre- & in monte nondum pręſidia collocaſſent: pręueniendo mox hi
diuntur verticem occupant & nemine ꝓhibente: in planiora ex altera parte
loca ac late patentes campos deſcendunt. Miſiani vero ea ſpe deſti-
tuti: ex omnibus pręſidijs rebus auectis & minus neceſſarijs igne
abſumptis in vnum ſe, quod munitiſſimū videbatur pręſidiū co-
Miſiani con egerunt: Zachar ab antiquo denominatū: ſed ferreum deinde illi
glutinantur. cognomen eſt inditum quia & validiſſimū eſſet: & captu minime
opportunū. Dum hæc peragunt: Romanos, quoſdã ad equites
quadraginta pręſtantes tamen: vt qui ordines ducerent: cum ſeor-
ſum a ſuis iter haberent: Miſiani mixti equitibus pedites viri ſexcen
ti inuadunt: rati ſe omnes facile necaturos: cum illi vti belli peritio
res: vbi in collem ſe receperunt operam ſe tuendo nauabant: ſic diu
ſtrenue & ancipiti marte pugnatū: Miſianis Romanos equites cir
cumuenire nitentibus: illis vero enixe adeo impetum in hos facien
tibus: vt hoſtium nunc phalangem irrumperent/ ac protinus pro
fligarent: nunc rurſum cedendo ſe ſe in tutum reciperent. Sed cum
interea ex edito monte Romanoꝝ alię copię ſe oſtendiſſent: dolo
id agi barbari: & ſibi parari inſidias ſuſpicati: concitatiſſime ſtatim
ſe ſe in fugam dedere: Romanoꝝ vero exercitus: iam enī inter ſe
vniuerſi coierant: hos inſectatus: tergis mox hoſtium inſiſtebat eo
Miſianorum rumq; maximã partem occidit: atq; adeo vt tanta ex multitudine
plus. D. cęſa octoginta dumtaxat in præſidiū ſe illud receperint: quod vtiq; ſi
eodem impetu inuaſiſſent Romani: trepidantibus: adhuc ex his
quę acciderant barbaris: cum vniuerſis capi tunc potuiſſe nil am-
bigo: & die eadem bellum finiri. Sed cum his nullus adeſſet pręfe
ctus qui vel pręſtaret prudentia: vel viribus eſſet & factis clarus,
Ro. deſidia. & perinde pares ſe ducerent omnes: atq; adeo vt nunc ſe inuicem
ignauiæ incuſarent: nūc vero alternis iuberent: & huiuſmodi alia
quę vel feciſſe vel audiſſe hos dixerit quiſpiam: nam quidam &
plane inglorij iſtoꝝ fuere conatus: nam cum hi diuerſa ſentirent:
diuerſaq; item & ſinguli vellent: & nihil eorum quod varij cupe-
rent perageretur grauiter nimirū quiſq; ferebat: non fieri quod ſi
bi collibuiſſet negligenter & ſegnius ad rem gerendam prodibant:
& acceptum infortuniū plæriſq; volupe erat: vt & iactare apud

proximos poſſent & ſua extollere & delicti cauſam fuiſſe id præ-
ter nil aliud demonſtrare q̃ ꝙ ſuis iuſſis minus fuiſſet obtempera
tum. Cum in his verſarent̃ hi certaminibus q̃ procul ab hoſtibus:
vt hos obſeſſuri caſtrametati ſunt: vnde nec vt belli conſuetudo de
poſcit: oriente iam ſole e ſtationibus prodeuntes hoſtibus inſul-
tabant: ſed in ſegnitiem ſocordiãqꝫ relapſi: ſuperuacaneũ fore exi-
ſtimabant: diligenter aliquid & ſuo tempore exequi velle: ſed pre
propere quidem & non opportune in hoſtem ire: & celerius ſe ad
ſtationes recipere. Quibus rebus Martinus iam cognitis ad hos ho
minem miſit qui vniuerſis preeſſet: Capadocem genere: p̄fectu-
re dignitate iam antea nobilem: Ioannes illi fuerat inditũ nomen
Dagan alias cognomento hunc vocitabant/is ferme paulo ante ad
Cholchios fuerat per Imperatorem tranſmiſſus/& Ruſtico ſuo
illo in munere ſtatim ſuffectus: Itaqꝫ in Miſianos vbi demum per-
uentum eſt cum preeſſe vniuerſo exercitui iam occepiſſet: omni-
bus extemplo circa præſidiũ coactis agminibus id obſidere adnite
batur: & ſimul eos inuadere: qui extra præſidiũ eſſent: & omnia
pro viribus obturbare: barbaroꝝ autem domicilia non intra cir-
cumactum erant præſidio murũ: ſed in proximo ſcopulo quodã
& porrectiore ſita circa vero ſaxa abſciſa abruptaqꝫ precipitia &
in profundũ tendentia: vnde & locus aditu difficilis reddebat̃: per-
egriniſqꝫ & inſuetis erant plane incognita que eodem ſunt omnia
ita vt vix incole ipſi pro locoꝝ peritia ex anguſtiſſimo calle quo-
dam & ſublatente: ac maximo cum labore viam tenerent: deſcen-
dunt tum: & iterato ſurſum verſus cum opus fuerit obrepunt: ad
huius autem loci radices in planicie ipſa: & loco patentiore fontes
potabilis aque ſponte ſua emergunt quibus potant̃ qui arcem in-
colunt ſummã: vnde cum interdiu aquari per Romanos barbari
prohiberent̃ noctu: aquam deſcendendo hauſtã aſportabant: Vir
igitur Iſaurus quidam Ilius nomine qui ea forte e regione cuſtos
erat appoſitus vbi primũ non paruam Miſianoꝝ manum longe
ex interuallo & nocte intempeſta deſcendentem peruidit: vt aquã
deferrent: rem tacitus tulit: abeuntes tamen occulte ſubſequit̃: &
ſimul aſcendit quouſqꝫ ad montis cacumen perueniens: loci ſitum
quantũ in tenebris licuit optime cõtemplatus eſt nec vltra viros de
cem ad aditum aſſeruandũ fuiſſe appoſitos: quibus omnibus co-

Io. Dagan Ro. exerci-
tui præficit.

Io. Miſianos
propius obſi
det.

Præſidij Mi
ſianorũ for-
ma.

Conſiliũ Ioannis in inuadendis hoſtibus.

gnitis deſcendens protinus præfecto quę viderat ſingula explicauit: præfectus vero eo ex nuncio gaudio ingenti affectus: nocte inſequenti: viris centum delectis validis quidem & audentibus ad aditum illum emiſit: vt & locũ ſimul contemplarent: & ſi res poſceret impetũ facerent, his deinde iniunctũ: vt vbi in tuto iam conſtitiſſent: buccina ſignũ darent: vt cæteris copijs muros repentius & ſumma vi inuadentibus: vtrinq; hoſtes obturbarent: qui vero ad id erant delecti Ilium ducem in aſcenſum ſectati & hortati ſe mutuo euadebant: Vbi vero ad mediũ eſt montis peruentũ: incenſum vigilum ignem apertiſſime conſpicant: ipſos vero q̃ proxime decubantes: quoꝵ ſeptem ſopiti ſtertentesq; iacebant: vnus dumtaxat cubito innixus: ꝑinde excitus declinaret: nam & is capi ſomno iam cęperat: & capite inclinari: nec ſatis patebat quo nam euaſurus iam eſſet: cum identidem dormitando excuteret: interea Leontius quidam in lubrico quodã cenoſoq; loco in terram prolapſus: clipeo diffracto defertur: vnde crepitu: vti par erat iam ædito exiſtunt vigiles ſtatim: exterritiq; & cubilibus: adhuc inſidentes: nudatis gladijs: & capitibus circumactis quoquo verſus reſpiciebant haud ſat tamen imaginari factum id poterant: ſiquidem accenſus & lucidus ignis viſum his interceperat: quominus poſſent qui in obſcuro ſe continebant: apertius contueri crepitus ꝑterea quem dormitantes exceperant: nec clarius quidem: nec qualis armorum fragorem ſignificaret ab his poterat internoſci. Romani vero apertius omnia intuebant: nam gradu repreſſo taciti morabantur: haud ſecus ac terrę hærentes vocemq; adeo continebant: vt ne hiſcerent quidem: immotosq; pedes: velut terrę impactos eodem tenore ſeruabant: ſiue hos ſentibus ſiue cautibus & ſaxis impoſuiſſent: q̄ ſi haud ita ſe habuiſſent: ſenſusq; aliquis eorũ quæ gererent ad vigiles perueniſſet: futurũ omnino erat: vt per hos in decliue pręuoluta ſaxoꝵ ingentium mole: hi omnes attererentur qui præſidiũ ĩuaſuri eo peruenerant: ſtabant itaq; taciti immotiq; omnes: atq; adeo vt vel ipſum inſuper ſpiritũ continerent ſilentio preſſum: barbari autem vbi nil graue eſſe quod auribus accidiſſet exiſtimarent: iterato in id quod his gratius erat: mox relabunt libentiſſimeq; decubando redormiunt. Romani itaq; in somnium hos iam reſolutos confeſtim inuadunt, obtruncantq; / cum his ſi-

mul/& ſemiſomnem illum perinde illuſum / & compellatũ occi-
dunt: demũ intrepide prodeuntes vbi in frequentiora ædificijs lo-
ca diuerſi effundebant̃: tuba mox claſſicũ cecinere: ꝙ vt primum Vigiles ho-
Miſiani auribus exceperunt/rei nouitate obſtupefacti: & eorum ſtiũ cedunt̃.
ignari quę tunc gerebant̃: ſurgentes tamen ſuos mutuo conueni-
re coireqꝫ ſimul; & aliunde alius proſilire. Romani vero vel in fo-
ribus ipſis obuiam his prodeundo: gladijsqꝫ eos excipiendo: in-
gentem edidere cladem: cum partim e domibus proruentes: par-
tim præſentes nacti/partim paulopoſt affuturos contrucidarent:
ita vt nullum eſſet ei eius mali leuamen: vniuerſis iam irruentibus
magna prȩterea vis fœminarꝝ comploratione facta extra domos
ſe ſe in publicũ effundebant: nec ab his tamen Romani ira incenſi Mixta miſia-
manus deniqꝫ abſtinebant: ſed crudeliſſime & hæ necabant̃: vna norũ clades.
tamen & elegantior quædã ardentes faces cum manu geſtaret pu-
blice vagabat̃: quę protinus telo in ventrem icta ꝗ miſerrime mo-
ribunda procubuit: e cuius manu vbi miles quidam faces extorſit:
circumiectis domicilijs ignem ſubiecit: quę cum e ligno eſſent, &
eiuſmodi leui materia ædificata eueſtigio conflagrarũt: flãmaqꝫ
adeo in ſublime euecta eſt: vt Aſiliorꝝ genti/& alijs/qui longo tũc
aberant interuallo: quę gererent̃ ſignificaret: tum barbari effuſius
interire/& mortem occumbere quippe/qui domi manebant/&
cremabant̃ ſimul/& ruinis contegebant̃: qui vero e domo proru-
erent/in promptu gladiatorꝝ pernicies ingruebat. Pueri præterea
multi flebiliter matres nomine vocitantes / mox rapti ſaxis partim
inclementer illiſi diſcerpebant̃: partim vero per milites/& ludibũ-
dos quidem/ex alto præcipitabant̃ quos poſtea de loco inferiore
ſubeuntes alij/erectis exceptos lanceis perforabant: & forte haud
quaqꝫ immerito Miſianorꝝ genti grauiter adeo ſuccenſebant Ro-
mani, tum quia occidiſſent Sotirem/tum quia & oratores ſcelera-
tius violaſſent: non tamen tantopere erat in teneros/& recens na-
tos: ac ea iniuria deſeuiendũ/qui paternę audacię / & ignari pror-
ſus/& expertes fuiſſent: Sed non impune Romanis id ſcelus fuit:
ſiquidem nocte tota in his malis tranſacta/cum delatũ eſſe oppi-
dum his videretur: debellatiqꝫ Miſiani viri quingenti/& armis ad
modum cõmuniti e præſidio prodeuntes de improuiſo Roma-
nos adoriunt̃: & ꝗ multis affectos vulneribus violentius impel-

lendo in fugam vertunt: tamen illi/vt in præcipiti acti & abunde
conuulnerati ægerrime ſe ad exercitũ receperunt: nam inſtantibus
hoſtibus telaq; ingerentibus cum p̄cipites agerent: in ſaxa cotesq;
tibias/& crebrius offendendo dilacerabant: atq; adeo vt ad ſcopu
lum reptare nulla decætero ſubiret his animũ cogitatio: muros ta
men ea ex parte qua expugnari facilius poterant inuadendos eſſe:
& foſſam complendam Romanis viſum: vnde & caſis/tugurijsq;
ꝙ proxime ſtructis: e tuto mœnia iam oppugnabant: ſagittisq;/
& machinationibus vſi/quibus grauiſſimã his demũ obſidionem
& plane intolerandã efficerent: barbari vero & ſi labore ingenti af
ficiebant̃ & acrius vrgerent̃/haud tamen vel coarctati ſe ſe/& mu
ros tueri deſierant: iam enim ex his quidam ad alterã Romanoꝝ
munitionũ partem teſtudinem importarent: vt omnia ad terram
proſtrarent: prius tamen ꝙ vallo appropinquarent: vel in teſtudi
noua pugna, ne penitus delituiſſent. Surranus vir quidam hiſter in quempiam
hoſtium/& conſpectiorem telum intorſit: lætaleq; huic vulnus in
flixit eo cadente confeſtim concuſſa teſtudo ipſa inuertitur: & al
ueo circumacto ſupinoq; retecti omnes nudatiq; ſunt: quos Ro
mani haſtas eiaculati interfecerunt. Vnus vero/qui forte euaſe
rat cum ad præſidiũ proxime perueniſſet: portulã iamiam ingreſ
ſurus: ſagitta ictus interijt: cadensq; in limine iacuit in interiorem
partem porrectior: quare Miſiani animaduerſa ſiniſtrũ id futuro
rum omen euitandũ ſibi ꝙ maxime/ac deteſtandũ: vt arbitror ra
ti: deſperatisq; ſuis iam viribus & Perſici auxilij ſpe tandem depo
ſita: cupidi pro vi Romanis illata metu deniq; liberari proprias vi
res emenſi: quod nec bello pares Romanis fore ſe ducerent: nec
Miſiani lega bellum ſuſtinere diutius poſſent: vix aliquando tandem reſipiſcen
tos ad. Ro. tes: ad Ioannem oratores miſerunt precatũ ne ſe perdere ad interni
mittunt pro tionem iam vellet gentem ab antiquo obedientem: & eadem ſecũ
pace. de deo ꝙ optime ſentientem & quę quia prius affecta iniurijs ſit
ad id demum deſcenderit barbarica quadã dementia factũ vt Ro
manis obſiſterent: haud tamen cõmiſeratione/& venia indignos
omnino fore ſe affirmabant/qui tot mala perpeſſi/pœnisq; tam
acerrimis/& tam multis affecti iam eſſent: præſertim cum circũ
iecta præſidio loca incendio conflagrarit virorũq; non minus mil
le, & quingentoꝝ iacturam feciſſent/& pubeſcentiũ/puerorũq;

item & fœminarꝝ numeri amplioris : atq; adeo vt haud multum defuerit/quin Miſianorꝝ gens ſit prorſus ſublata. Ioannes vero animo perq; lubenti/ & multis de cauſis iſtorũ preces admiſit/tũ quia ne diutius in loco deſerto pręalgidoq; cum vniuerſo exercitu periclitaret̃/tum quia ſatis pœnarum iam dederant:qui in ſe deliquiſſent vnde acceptis obſidibus/& omni pecunia/q̃ præfectus Sotiris ſecum detulerat recuperata:imperatoriſq; auro in poteſtatem redacto:quod vtiq; perfectorꝝ/proborũq; Numiſmatũ fuit octo & viginti milium additis octingentis/ pręda q; multa onuſtus:permiſit rurſum ſua hi vt intrepide poſſiderent/vitam q; innouando/priſtino more vt viuerent : ipſe demũ in Cholchiũ agrum reuertens/inclytum quidem/& gloria ſuperbientem/ triginta hominibus dumtaxat deſideratis/reduxit exercitũ. Poſt hæc Imperator Iuſtinianus Martino prorſus exauctorato Iuſtinũ Germanicũ copijs vniuerſis quę apud Cholchos & Armeniã erant/liberę poteſtatis/& ſolum pręfecit iampridem enim illi id animo inerat/ne decætero his imperaret Martinus:quia in Gubazem inſidiarꝝ nõ minima cauſa fuiſſe argueret̃. Continuerat tamen ante hac animũ/ & rem plane diſſimularat/haudquaq; per id tp̄is ratus principes eſſe/vel concitandos/vel loco mouendos/rebus adhuc ea in regione turbatis & eo minus q̃ & is eſſet exercitibus gratus : tũ q̄a bellicę rei p̄itiſſimus erat, tũ etiã q̄ oportune,decenterq; bello cũcta diſponeret:cuius rei apprime gr̄a incolumẽ ad id tp̄s ſeruatũ fuiſſe nil ambigo. Nã alias cũ Ioanne/& Ruſtico mortem ſimul obiſſet. Nunc vero prętropheorũ a ſe partorũ/rectioriſq; conſilij reuerentia quo in ipſo rerum gerendarꝝ diſcrimine vtebatur depreſſo paulatim/ereptoq; demum permagno illo/ſuperboq; imperatorio nomine/titulum quidem illi permiſit:dominari tamen in cæteros vetuit/ſed priuatam iniunxit vt duceret vitam. Pœnarũ ſe ſatis iam ratus ex eo per ignominiã exegiſſe:tametſi patrati in Gubazem ſceleris fuiſſet hic particeps. Cum itaq; Perſæ quietius agerent/& haud ſecus res pacificæ eſſent ac ſi factę inducię intercederent/tunc demum Iuſtinianus Martino e pręfectura eiecto Iuſtinum vt propinquitate ſibi/& genere coniunctiſſimũ / ita & tunc temporis cõmuni omniũ opinione percelebrem/Bizantium ad ſe euocatum/& copijs vniuerſis pręfecit Cholchoſq; remiſit/vt om

Miſiãi in gratiam Ro. recipiuntur.

Martinus exauctoratus.

Iuſtinus ſol9 Ro. p̄ficitur

nibus proſpectum. Cum itaq; Iuſtinus/prefectus iam omnibus eſſet/nec Perſe vt acie decertaturi ſe ad bellū pararent: neq; in hos Romani ductarent exercitus/ ſed ſua vtriq; cuſtodijs tuerent̄: & quoad poſſent conſilia inuicem explorarent, & neutra pars bellandi initiū faceret: ſed vltro/libenterq; conqueſceret Choſroes Perſarum Rex vbi primū que ad Faſidem contigiſſent reſciuit: & Nachoragan fuga ex acie exceſſiſſe ex Iberia ꝓtinus euocatū pro patrijs legibus ſæuum in modū excruciauit. Non enim ſatis fore deſtinatum duxit ignauie pœnam/& ſimplex aliquod mortis genus vt illi inferret/ſed a ceruicibus cutem ad imos pedes detraxit/vniuerſam q; ita vt genitalia ipſa inuerterent̄/& comparerent in vtris morem conflatam ſuper ſcopulum quendā vt ſuſpenderent ſuis iniunxit: miſerabile viſu/& crudeliſſimū facinus/quod ſane Sauorem illū qui Choſroem in regno preceſſit auſum fuiſſe/& ſolū exiſtimo. Simillima tamen poeta quidam & Phrigius de Marſia celebriora fecit/qui vbi de arte tibijs canendi cum Apolline contendiſſet/victus demum pro eius petulantia victori pœnas has dedit/vt ei detractum ſuſpenderet̄ arbori corium: ſed iſta quidem poetarum miracula ſunt & fabule ludicra: que vtiq; nec vera eſſe/nec decentia hi conſpicant̄/quod ſi tibicinem dicant Apollinem factū & ex arte decertatorem: atq; adeo vt poſt victoriā ſit ſic ira euectus/vt indignas quaſdam/& furibundas victo pœnas intulerit quonā pacto ex vetere hunc comparentem tam inhumanū & nepharium facinus oblectauit: Hæc autem tum primū priſci cecinerunt poetæ/ & ab his iuniores excepta ſimul decantāt/quos inter & Nonnus ille ex Pano vrbe Ægyptia oriundus poeta in opere ſuo quodā/qd Dioniſia nuncupauit pauca quedam de Apolline narrans: non enim precedentiū verborum ſat memini: ita ſubſequitur/eo ex tempore quo Marſiam deum impugnantem tibicinem redarguiſti/corium arbori ſuſpenſum ventis inflatur. Quod autem Perſarum regum poſtremū ad id ſcelus ex priſco/& poetico illo prodierit: cū non antea fuiſſet mortalibus cognitū apertiora ſunt argumenta: & apud eos ſat valida/qui & vetuſtiſſima cōtemplari: percallent/ nec ad poetarum figmenta illa reiecerint. Sabores quondam vir iniuſtiſſimus fuit/& humano ſanguine contaminatus ira is ferme inflammabat̄/& in ſeuitiam proruebat: ad parcendū vero dandāq;

Nachoragā a rege pſarū ſupplicio affectus

Seuū ſupplicium.

Saboris regis pſarum ſeuitia.

peccantibus veniā ſegnior erat:vtrum vero id ſcelus in alios prius
patrauit:nil habeo quo affirmari id apertum queā. Quod autem
Valerianũ tunc Romanoꝝ Imperatorem his cui fuerat per hunc
bellum illatum victum ab ſe/viuũq; captum eodem modo excru
ciauit teſtis eſt omnis hiſtoria:haud ſecus & priores illi futuri his
rebus teſtimonio ſunt/qui poſt deletos Parthos/Perſaꝝ ſuſcepe-
re imperium. Artaxerſes Saboresq; reges vtriq; omniũ iniquiſſi-
mi:ſiquidem alter proprio domino obtruncato: per vim/& tyran
nidem ſibi Imperium vendicauit:alter vero quia a ſupplicijs gra-
uioribus/odijsq; impijſſimis regnandi initium fecit. Sed cum ex
interſedentibus alijs item/atq; alijs rurſum ad Artaxerſem delata
oratio ſit:offertur imp̄ſenti occaſio ea nunc abſoluendi / quę ſu- De Artaxer
pra dicturos nos eſſe ꝑmiſimus/& imperatorum qui ſubſequuti ſe.
hos ſunt meminiſſe. De Artaxerſe vero quibus ſit parentibus or-
tus/qua de cauſa/quoue modo Cydarem inſigne regium ſumpſe
rit:ſupra ſatis iam explicauimus: illud tamen adiecturi his ſumus
annis octo & triginta ad quingentos poſt magni Alexandri Mace
donis principatũ/quaternis poſt alterius Alexandri Mammęi:Ar
taxerſis Perſaꝝ:quemadmodũ diximus ſuſcepit Imperiũ, in quo
annos quindecim menſibus demptis duobus peregit. Huic in Im- Qui poſt ar-
perium Sabores ille ſuccedit omniũ crudeliſſimus:vixit hic vnum taxerſē reīſi
& triginta integros annos:& ingentibus iacturis Romanos affe potiti ſint.
cit:nimirum qui regem ſuũ necando:nil deniq; ſibi ad eam rem im
pedimento fore p̄cogitarat. Is ferme imperium propagauit: nam Sabores
& Meſopotamioꝝ vaſtauit agrũ:deinceps finitimos quoſq; Ci-
lices, Syros, Capadoces, vſq; peruadens depopulatus eſt: & in-
credibilem his intulit cladem, atq; adeo vt abruptas illas & vacuas
montium intercapedines amfractusq; cæſorũ repleuerit cadaue-
ribus complanauerit calles/& loca editiora inter ſe diſtātia:ac poſt
modum fertur ſic equitaſſe/& peruaſiſſe: ac ſi montium faſtigia
in infimo deſcendiſſent: Hunc igitur cum domũ rediſſet: nec me-
diocriter vteretͣ quę per impietatem paraſſet: ſed immodica elatũ
iam inſolentia:haud longe poſt vt ſuperbire deſineret. Denathus
Palmirinus coegit vir quidem tum primũ obſcurus/& plane inco Denatus pal
gnitus & qui ex illatis Sabori calamitatibus: & rebus aduerſus mirinus.
hunc geſtis ingentem retulit laudem:& plæriſq; priſcis hiſtoricis:

vt dignus memoria nobilitatus eſt. Mortuo deinde Sabore huius
Ormiſdates filius Ormiſdates regnum ſuſcepit: vixitq; in eo breui admodum
tempore. Poſt annum ſiquidem vnum & decimū diem, fato ſuo
perfunctus is obijt mortem: nulla re geſta/quę merito tradi me-
moriæ poſſet. Poſt hunc Vraranes annos tres cum obtinuiſſet im
Vraranes tres. perium eius filius patri non abſimile nomen ſortitus: annos ſede-
cim in regno permanſit. Deinceps Vraranes tertius, menſes dūta-
Segānesna xat quatuor Imperiū deguſtauit: Segamnesna ei cognomen erat:
quod illi initum non abre fuiſſe exiſtimarim: nec temere cum veru
ſti/& patrij moris participaſſe. Perſarū ſiquidem reges cum ma-
gnam aliquam nationem oppugnando cœpiſſent eſſentq; iam il-
lorum locis potiti: haudquaq; de cætero victos necabant: ſed ſub-
actos dependere tributa cogebant: & loco inhabitare: ac captū ar-
mis agrum excolere: primoribus dumtaxat gentis miſerrime tru-
cidatis: vnde & ſæpe noui principatus, & nationis ex nomine libe
ros vocitabant: memoriæ vti apparet pro trophæis iam partis &
iactantię gratia: vbi itaq; Seganorū gens illa ab Vrarane huius pa
tre deuicta eſt: iure & filius pro regia illa conſuetudine Seganeſ-
na. i. Seganorū rex nuncupatus eſt: hoc confeſtim deperdito Nar
Narſes. Miſdates ſes Imperiū annos ſeptem, & menſes nouem tractauit: huius Miſ-
dates filius in principatu ſuccedit: patris hæres effectus: nō ſolum
potentiæ/ſed amoris æqualitatis, & ſpatij. Miretur nanq; id quiſ-
piā patri, filioq;, annos menſesq; imperij exactiſſime fuiſſe pares
admenſos. Hos Sobor rex ſubſequutus: longiſſimis temporū ſpa
Sabor poſthumus. tijs potitus imperio eſt: cum tot annos regnaſſet, quot etiā vixerit
Hunc mater adhuc ventre geſtabat, & regij generis ſucceſſio ad re
gnum vocabat: qui ex matre hac naſceretur: erat tamen dubius par-
tus: maremne paritura hæc eſſet/an fœminā: Vnde principes om
nes, & ſatrapæ pręmia magicis viris, ac dona expoſuere, vt ea de
re futura p̄dicerent: grauidam deinde equam producunt in me-
dium partui proximā/iuſſereq; magos ſuper hac prius periculū
facere/vaticinariq; quodcunq; futurū exiſtimarent: hoc pacto ſe
paulopoſt cognituros putabant, quo proceſſurę iſtorū eſſent de
equa prędictiones: ex hisq; poſſe ſe ſimul imaginari haud ſecus
euaſura, quę de homine, & mare futuroq; rege prędicerent: quid
vero magi de equa prenunciarint, nil habeo quod pro certo affir

mem:ſed alioquin ſic omnia euenire/vti prędictum ijs fuerat: cū
itaq; & cæteri cognouiſſent vaticinandi artem magos optime per
callere ꝑmiſerunt: Reginæ qui explicarent, quę ipſi non ignora=
rent futura. Hi itaq; affirmantibus magis marem omnino fore,
qui partu edendus propediem eſſet: nulla interpoſita mora Cyda
rem ventri imponunt: & vix dum conceptū regem ꝓnunciant, &
nomine internoſci recens formatū his placuit: quod vtiq; organū
eotenus iam ſuſcepiſſet/vt & palpitaret iam ſenſim/& ſubſiliret:
ſic igitur quod naturę obſcurum eſt, & incertum/pro re certiore,
indubitataq; hi opinando ſuſcipiunt haud tamen ſpes eos fefel=
lit/ſed longe magis ad opinionem ſuccedentibus rebus, q̃ opina=
ti iam eſſent aſſecuti ſunt quę ſperabant: naſcitur nanq; non longe
poſt/& cum imperio Sabores in eoq; & iuuenilem agit ætatem/ Saboris ętas
& conſeneſcit: nimirū qui ſeptuageſimū annum iam exegiſſet vbi
ad quartū eius & vigeſimū imperij annū Niſibes ciuitas ſub Per=
ſarum ditionem, quę Romanoꝝ fuiſſet peruenit. Iouiniano hanc
imperatore prodente, is nanq; in ipſis mediterraneis Perſaꝝ locis Niſibes ciui
eorundem ditionis, & iuris: Iuliano repente deperdito per milites tas pſis dedi
exercitusq; & cæteram multitudinem Imperator mox declarat: ta a Iouinia=
& quoniā nuper ſibi delatū fuiſſet imperium: perturbatis (vti par no.
erat) iam rebus & in hoſtili præcipue: haudquaq̃ in pręſentia po
terat lentius vt decuiſſet res ipſas diſponere præſertim vt inde ab=
ſcedere cupidus ne in alienam morā parumper diutius traheret: &
ad ſua q̃primū redire: ignominioſe, & turpiter cum Perſis paciſci
tur/conuentionesq; facit: quibus vel ad id tempis iacturā non me
diocrem Romana reſp. patitur, & nouis quibuſdā terminis Ro
manum retraxit imperiū: idq; cum porrectius eſſet: & vltra fuiſ=
ſet antea propagatū, ſtolide intercidit/ſed quoniā quę per id tem=
poris accidiſſent plæriſq; ex priſcis ſcriptoribus literis cōmenda=
rint haudquaq̃ mihi his immorari ociū eſt/ſed ad ea progredia=
mur quę dicere cæpimus. Poſt Saborem Arctaxer germanus fra Arctaxer
ter vt regni tum particeps quatuor vbi regnans egiſſet annos emo
ritur: huius filius Sabor/& ipſe dictus annos quinq; regnauit: to Sabor.
tidem vero & geminatos: alteroq; adiecto Saboris filius Vara= Varanes
nes qui & Cermaſat a Cerma natione quadā vt dictū eſt ſupra in
poteſtatem redacta haud ſecius dictus: ac Romani aſſuetere, q

ab Aphrica Aphricanū dixerunt: & Germanicū a Germania: & ex aliis item alios denominarunt. Poſt hunc Iſdigertes filius ſuſcipit principatū, qui & magnus apud Romanos habetur, & celeberrimus: Archadius nanq; ferme iam moriens cum more mortalium ſua diſponeret hoc viſum cuſtode ferunt Theodoſij filij / & totius Imperij curatore: is ſane vulgatior ſermo per priſcos poſteris proditus: vel ad hanc tempeſtatem: vt apud doctos ita: & imperitos ſedulo circumfertur: haud tamen vſpiam literis cōmendatū comperimus, vel celebratū: nec apud eos forte qui de Archadij morte pleraq; hiſtoriȩ tradiderunt niſi in Procopij rhetoris ſcriptis: nec ſane miror hominem, qui multa didicerit, & omnem vt ita dicā collegit hiſtoriam: vel id factū cōmemoraſſe: alteri cuiq; prius forte elaboratū: me vero, qui minimā in partem hæc nouerim: haudquaq; eius narratio cœperit: ſed illud equidem admiratione dignum exiſtimarim: quod cum hæc Procopius narret: haud tamen ſimpliciter per ſe cognita explicet: ſed Archadiū ipſum laudibus ferat quod optimo ſit vſus conſilio: ait nanq; in cȩteris eum haudquaq; ſatis ingenioſum fuiſſe in hoc ſolo & ſapientem, & prudentiſſimū viſum: Mihi vero qui id demiretur apparet nullā habuiſſe primi, & repentini conſilij rationem: ſed rei euentus. Quo enim pacto par erat homini alieno, ac barbaro, & nationis regibus infenſiſſimæ: alienæq; opinionis, & mentis viro: nec ſatis iam cognito: vtrum æquitatem, & fidem ſeruaret, quȩ chariſſima ſunt cōmendaſſe. Quod ſi nihil ille in infantem reliquit: ſed huius imperiū firmiſſime procurante ſe ſeruabat: prȩſertim cum infans ſub mammis adhuc nutriretur Iſdigertes potius ille benignitatis erit collaudandus q; Archadius facti. De his vero vt ſenſerit quiſq; ſententiā ferat Iſdigertis igitur cum vnum & vigeſimū regnaſſet annos aduerſus Romanos bellum nunq; ſuſcepit: neq; vlla hos vnq; affecit moleſtia: ſed beniuolus ſemper erga hos, & pacificus fuit: ſiue ita tulerit caſus, ſiue q̄a parceret puero cōmunibusue liberis ꝓcreandis & legibus. Hoc mortuo Vraranes filius cum prȩeſſet Imperio, in Romanos quidem impetū fecit: quem cum Romanoꝶ prȩfecti, qui ad fines tuendos locati erant amice, & remiſſius ſuſcepiſſent, confeſtim iter auertit, & ſe ad ſuos recepit ſine vlla vel finitimoꝶ iniuria, vel illata agris iactura. Is cum annos viginti regnaſſet, ex filijs

Iſdigertes.

Iſdigertes tutor filiorum Theodoſij Cæſ.

Vraranes

alteri imperiū tradidit cui deinde cū in regno annos ſeptemdecim Perozes
exegiſſet, & menſes quaternos Perozes in regno ſucceſſit: vir ſa-
ne audax admodū, & bellicoſus: animiqꝫ magnitudine præſtans:
& ſi cætera mente, & cogitatione haud ſat conſtans, & longe plus
audacia ꝙ conſilio pollens in expeditione aduerſus Neptalitas in-
terijt: nec adeo hoſtium robore ꝙ eius temeritate, nam cum in ho
ſtili vt tuto ꝓcederet huic curandū fuiſſet: prȩuidendȩqꝫ ſimul, &
p̄cauendȩ latentes inſidiȩ eſſent: horum tamen oblitus: in inſidias
ſtatim prȩcipitauit: in ſcrobes nanqꝫ, & foſſuras cadendo ingenti
per campos ſpatio in capturam paratas: cum vniuerſo exercitu pe
rijt: vigeſimo imperij anno, vitāqꝫ finiuit inglorius: vt ab vnis tur
piter debellatus: Neptalitarū vero gens ipſa vnica eſt Valens huius Valens.
germanus frater: deinde ad regnū euectus nihil eſt viſus: ſiue do-
mi, ſiue bello memoria dignum feciſſe / non ſolū quia mitior eſ-
ſet, & placidis moribus: & ad impetus temerarios, inimicitiasqꝫ
obeundas non admodū promptus: ſed etiam quod haud diu ſu-
perſtes fuit: ſiquidem quaterni dumtaxat anni huic decurſi in Im-
perio fuerant. Interea vero Cauades Perozi, qui Perſicis agmini- Cauades p̄fectus pſarū
bus prȩerat, ꝙ multa Romanis intulit bella: ac ſæpe de barbaris ſi
bi finitimis victoriam retulit: nihilqꝫ temporis intermittebat quin
turbis ſe & periclis inuolueret: vnde & in ſubditos ſæpe deſæuie-
bat, & implacabilis erat: ita vt perturbare res optime conſtitutas ſat
poſſet, & ciuili in ſtatu res innouare, ac conſueta peruertere. Ferūt
prȩterea hunc legem tuliſſe, qua viris eſſent, & in cōmuni expoſitȩ
fœminæ: non tamen iuxta Socratis, Platoniſqꝫ inſtituta: & recon
ditas eorum in dictis cōmoditates; ſed vt cuiuis ex lege liceret: ad
quamuis animus ferret accedere: priuatiqꝫ thori participare: vel ſi
alteri denupſerit mulier, & in alterius eſſet hæc poteſtate: vnde id
ſequebat̄ vt iure, & crebro ea in repeccare quis poſſet. Sed primo
ribus ipſis apertius id moleſte ferentibus nec eſſe exiſtimantibus
id iniuriȩ tolerandū: ea lex regi, & inſidiarū, & exitij prȩcipua cau
ſa fuit: ſiquidem conſpiratione facta inſurgentibus vniuerſis prin Cauades incarceratur.
cipatu hic ſtatim deponit̄. Vndecimo poſtꝙ regnare cœperat an-
no, & in obliuionis præſidiū truditur. Imperiū vero ad Zamba- Zambaſes.
ſem tranſfertur, & hunc Perozo progenitū: alias tamen humani-
tate iuſticiaqꝫ pollere ſat viſum; hoc pacto illi rebantur recte ſibi

peracta iam omnia: vt decætero poſſent faciliter, & per delicias viuere, Cauades vero, e præſidio breui euadens: ſiue vt ſcribit Procopius: vxore ad id doli iuuante, vt quę viri vitam prętulerit ſuæ ſiue vt aliaſcunq; : ad Neptalitas ſe contulit, Imperatoremq; ſupplex adiuit: tum ille vbi animo agitaſſet temerarios fortunę caſus hunc perq; benigne ſuſcepit. Hortatus vt bono animo eſſet: & demeret prorſus in ſe conceptam moleſtiã: imprimiſq; eblandiendo & q̃ optime admonendo, menſamq; opimã dubiã, & lautiorem cum charitatis dexteritate quadam apponendo, donandoq; veſte perlucida, & ampliore: quę omnia ſunt ad veram hoſpitalitatem promptiſſima argumenta: ad meliora deniq; ſperandũ confirmat: & paulopoſt filiam hoſpiti in vxorem deſpondit, traditoq; ei exercitu ad reditum valido remiſit in patriã: vt obuios quoſq; & reſiſtentes diſperderet, ac priſtinã recuperaret fœlicitatem. Verum vt arguatur longe alios plærunq; habere res ipſas euentus: ac ſit hominibus viſum: idipſum quemadmodũ explicatũ eſt contingit: & ſane ad vtroſq; & varios fortunę hos impetus, motuſq; longo interuallo diſtantes: cauadis vita expendebatᷣ: & temporis ſpacio mediocri: quandoquidem ex priſtino illo, & imperatorio ſtatu reus ſit/& captiuus affectus: & vbi e carcere demũ euaſit fugitiuus, & mutata veſte redditus hoſpes, regiſq; gener, & coniunctiſſimus: moxq; ad patris lares deſcendens ſine labore, & periculis: haud ſecus regnum recepit: acnunq; amiſerit: vacuumq; id, & ſe perinde operiens reperit: Zambazes nanq; cui id traditum fuerat: volens quidem regio huic: throno conceſſit: & imperiũ cenſuit per ſe relinquendũ: in quo quaternos annos cum voluptate vixiſſet: idq; renuere ex animi magnitudine: & ſua cum gloria maluit: & priuatam cum ſecuritate vitam deligere: quo factũ eſt vt neceſſitatem ipſam optimũ prępeniret conſiliũ. Cauades vero iterato potitus imperio: ad priores, & vndenos iam annos monarchiæ in principatu alios triginta permanſit: ſed quę huic vel antehac vel in poſterum accidiſſent priſcis & ſapientibus in hiſtoriæ modum elaborata, & prodita ſunt quę vero vetuſtiores illi reliquerant, & poſteris tranſmittenda eſſent, vt cognitu neceſſaria, vel ſuperioribus geſtis per eum rebus factu optimũ ducerem ſi adderentᷣ cœperit tamen nonnullos forſitan admiratio ꝙ ijſdem illis fere temporibus: tam

Cauades ex carceribus liberatur.

Cauades ad regẽ neptalitarũ cõfugit

Cauades regnũ recupat

zambaſes ſpõte regno cedit

apud Romanos, q̄ apud Perſas permulta, & ſimilia quædã acci
derint, tanq̄ ſponte ſua in vtraq; rep. aduerſus Imperatores ſini=
ſtra tunc quædã fortuna ingrueret/ſiquidem pauloante Zenon il
le Iſaurus Romanoꝝ Imperator, qui & Taraſis Codicus vocita
batur per Ilium Baſilium, Baſiliſcũ, & Cononem in inſidias præ=
cipitatus enixiſſime ad id Berinna coadiuuante: vbi ex imperio ex=
cidiſſet/eiectus exterminatusq; demũ, vix in Iſauriam abiens ſalu
tem inuenit, Poſtea vero in Imperiũ reſtitutus: Baſiliſco annos du
os tyrannidem exercente occiſo: dempto illi in primis regio inſi=
gni rurſum potitus Imperio: vniuerſaq; moderando: nõ ad multũ
temporis cum regnaſſet, vita exceſſit. Haud ſecus & nepos in oc=
cidente cum imperaret ſimillimis quidem eſt: ſed longe maioribus
inuerſatus calamitatibus, ab Horeſte illuſus ex Italia profugit, re=
giamq; veſtem, & trabeam ſemel depoſitã, decætero nunq̄ reſum
pſit/ſed inter priuatos viuens occiditur. Sic itaq; eo tempore reges
& principes temeraria quadã, & aduerſa fortuna immutabant̄/
ſiqui vero cur hæc fiant quęſierint: rerum principia reconditaꝝ
ſcrutati quamcũq; vt lubet proferant cauſam: mihi vero ea ſunt
repetenda: vnde primũ facta digreſſio eſt. Cauade itaq; mortuo
anno Iuſtiniani imperij quinto Choſroes apud nos maximus ille
paternũ ſuſcepit imperiũ, reſq; eximias geſſit, quas rhetor Proco=
pius, & prior quidem hiſtorię demandauit: cætera vero quæ ille
ommiſit partim nobis ſunt explicata/partim ſubſequenter explica
buntur: quoad tempoꝝ continuatio ipſa exactiſſime obſeruetur.
Sed illud in pręſentia dixerim per octo, & quadraginta iam an=
nos quibus potitus imperio eſt, q̄ multas hũc retuliſſe victorias/
& eo magnitudinis euaſiſſe vt nullus prioꝝ apud Perſas regum
fuiſſe huic ſimilis comperiat̄: vel ſi cum ſingulis eum quis confe=
rat/ne Cyrum dicã Cambyſi: huic parem facturus ſit: ſed ne Xer
ſem quidem ipſum quem mare ferunt contabulaſſe/ equitabileq;
id reddidiſſe, & nauigabiles mõtes, Choſroes itaq; & ſi ſua magni
tudine cæteros anteiuit vitæ tamen eſt exitũ vt calamitoſum, & in
glorium nactus ita, & alieniſſimũ a ſui temporis principũ fine. Is
nanq; cum interea circa Carduchios montes æſtiuo tempore in
Thamanoꝝ vico quodã uitandi æſtus ob gratiã, & ob locoꝝ
temperiem ſecedendo diuerſaret̄. Mauritius Pauli per Tiberium

Siniſtra im=peratorũ tũc tp̄is fortuna

Choſroes

Choſrois laudes

Conſtantini Romanoꝝ imperatorem orientalibus copijs prę̄el-
ſe iuſſus in Arxianū agrum incurſionem de improuiſo fecit/qui
vtiq; contiguus erat, circumiectis vico: vbi rex erat, Perſaꝝ caſtel-
lis, & agris protinus, & intrepide deuaſtatis Zirma flumine traie-
cto in anteriora proceſſit: & proxima quæq; depopulatus igne
demū ſuccendit. Cum is itaq; armis igneq; omnia ꝑuaſtaret Choſ
roes ipſe non enim longius aberat ꝙ vt in altum euectā lateq; dif
fuſam flammā intueret̄: hoſtilis perinde incendij inſuetus haudꝙ-
ꝙ eius proſpectū tulit: vnde pudore ſimul ac formidine percitus
nec hoſtibus obuiam iuit: nec quoꝙ pacto iniuriā vindicauit: ſed
præter modū ex ea clade dolore ingenti perculſus: ac ſui prorſus
Coſrois exi- tus. deſperans: morbo ſtatim inſanabili quodā corripitur: vnde ꝙce-
lerrime ac per manus elatus ad Seleuchiā Ctiſiphontem regiā fer
tur: & in fugæ morem facta diſceſſione non longe poſt. vitā fini
uit, Ipſe vero haudquaꝙ ſatis intelligo quonā modo orationis
decurſus me cœperit/quę vt equidem reor rerum geſtarū admi-
ratione, & voluptate prouecta eo me petulantię duxit vt quæ in
medio explicanda fuiſſent ommiſſis externa quædā, & aliena me
minerim: nūc igitur vbi mihi ſat conſtat quouſq; ꝑuenerim, & vn
de digreſſus ſim, His prętermiſſis vt ſuis locis poſtmodū deſcriben
dis: ad ea me referam quę priora illa, & ſubſequi, & cum his con-
tineri facile videbant̄: quandoquidem ſiue Perſaꝝ ſucceſſiones
imperatoꝝ ſiue armoꝝ numerū/& ſummatim vt dicam/ſiue qđ
cunq; dictuꝝ me pollicitus ſum, ad finem ꝑduxi: nil equidem am
bigā vt veriora hæc me confirmaſſe: & in his ꝑſcrutandis diligen
Sergi9 inter pres ter elaboraſſe: vt quę ab Archiuis, & Perſicis libris deſumpſerim.
Sergius nanq; interpres ille me deprecante vbi eo ad Perſas ſe con
Vnde habu erit autor co gnitionē re- rū ꝑſicarū. tulit: ab his quibus Perſaꝝ annaliū fuerat cuſtodia demandata: pe
tijt ſupplex: vt de regum geſtis ſibi traderēt monumenta: & cauſā
protulit non alterius rei ob gratiā ea ſe velle/niſi vt apud Roma-
nos etiam literis cōmendent̄ quę apud ſe condita eſſent, & magni
momenti facta: quę vtiq; illi, & recte quidem petenti mox Sergio
tradiderunt rem fore non inſuauem rati, ſed ſuis magis regibus
ad gloriā conceſſurā ſi futuꝝ eſſet: vt vel apud Romanos non in-
cognitum foret quales ipſi/quantiq; fuiſſent: vtq; apud ſe ſerua-
ta gentis ſeries ſit. Sergius itaq;/vt nominibus ita & tempoꝝ inter

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

uallis/& ex his, quę per hos geſta fuiſſent oportunioribus qui=
busq; exceptis e Perſicaq; in Græcã linguam ornate traductis ad
me omnia, quę ab ſe depopoſcerã detulit, permiſitq; vt cauſam ad
verum abſoluerem/ob quam ipſe a Perſis ea acceperat monumen
ta/quę iam ipſi ad finem perduximus. Erat nimiꝝ Sergius ille in=
terpres omniũ præſtantiſſimus: & quem Choſroes rex ipſe maxi
mi faceret: quia vt in Græca ita & Perſica lingua, & in ea eſſe inter
pretandi arte facile princeps. De Cauade aũt rege ſiqua forte Pro
copius rhetor aliter edidit: nos tamen Perſaꝝ ſcripta ſequenda po
tius duximus: & innitendũ quę in his ſcriptis produnt̃: nunc itaq;
ibi tantũ laboris ad finem deduximus age iam ad continuandã hi=
ſtoriam redeamus/quã de rebus apud Lazos tunc geſtis occeptam
iam intercidimus vt ad hæc veniremus. Nachoragan igitur cũ ob
morum ignobilitatem & turpem in Hiberiã fugam/tum ob de=
bellatum per Romanos quem ipſe ductarat exercitũ crudeliſſime
diſcruciatus interijt, Choſroes vero cum animo agitaſſet haudq̃q;
ſe poſſe in Cholchico agro Romanis obſiſtere: vel mare ipſum te
nentibus: quo exercitibus neceſſaria tranſuectabant̃: vt longe aliter
ipſe vt longis deſertisq; itineribus ita & per baiulos homines, one
rariaq; iumenta ſumma difficultate perpauca cibaria mittere ſuis
copijs cogeretur. Decreuit non decætero ſibi cum Romanis bel=
landum: vt itaq; pax non locis quibuſdam, & ad breue perſcribe=
retur/neue non diu eſſet vt imperfectior permanſura, & mutila=
ta: ſed eodem tenore vbiq; confirmaretur: ad Iuſtinianum orato=
rem Bizantium mittit Perſam virum inter cæteros facundiſſimũ
Zich illi erat nomen: qui vbi ad Imperatorem peruenit, multis vl
tro citroq; dictis in id deniq; conuentum eſt, vt Romani, Perſæq;
ea tenerent quę in agro Lazorum belli iure cæpiſſent: ſiue caſtel=
la/ſiue præſidia forent: neq; de his in poſterum certaretur/niſi ma
ius aliquid interueniret rei principium. Zich itaq; rebus pro ſuo
& oratoris officio hoc modo peractis, ad ſua ſe contulit: hæc vbi
exercitibus nunciantur: ad multũ temporis quieti & ſine vllo pror
ſus bello manſere/& quod ſponte antehac fecerant, ex pactione
fuit tunc protinus confirmatum.

Choſroes le gatos ad iu ſtinian. mit tit ꝑ pace

Pax cũ ꝑſis firmatur.

LIBER QVINTVS

Zannoꝝ tumultus.

DVm interea heę nationes numero, ac magnitudine ſua præſtantes / armis ex conuento depoſitis / iamdiu conquieuiſſent; atq; adeo vt nil prorſus in inuicem molirent̃: Zannoꝝ gens ea queę ſub Nothũ ventũ in Euxino mari ſub Trapezuntiũ incolit loca / & ſi ſub Romanoꝝ ditione tunc eſſet / eius tamen pars queędã maiorum ſuoꝝ veſtigijs ſic inſiſtebat, vt incontinenter, & perdite facere haud ſat noſſet / quidã tamen optimaꝝ rerum conſtitutione ommiſſa p̃donum in morem viuebant / excurrendoq; circa pontum loca agros quidem populabant̃, viatoresq; iactura afficiebant, in Armeniãq; tranſgreſſi multi diripiebant: vnde nihil his alienius erat, q̃ veris cum hoſtibus bellum inire. Mittitur igitur ad eos Theodorus eiuſdem nationis, & gentis: qui poſt Iuſtinũ inter cæteros obtinebat Romanoꝝ prẹfectos primatũ & eorum locoꝝ ſcientiſſimus eſſet: & vnde nam fieri inſultus poſſent vbiue ſtationem firmari: & quemadmodũ perueſtigandi hoſtes eſſent ſatis calleret: cuius rei gratia per Imperatorem is, & non iniuria iuſſus aduerſus Zannos tendebat, motis itaq; e Cholchico agro caſtris, cum vniuerſis copijs extra Faſidem fluuiũ fines tranſgreſſus: occidente iam ſole in penitiſſima tunc hoſtiũ loca deſcendit / caſtriſq; inter Theodoriadam vrbem, & Zizeum locatis foſſaq; exercitui circunducta: Zannoꝝ partem / queę perſtitiſſet in amicitia, quietiorq; manſiſſet: neq; adhuc deſciuiſſet muneribus ad ſe reuocando donabat: & his bene conſultũ fuiſſe gratulabat̃: qui vero iam defeciſſent rupiſſentq; impudentius fœdera pœnis afficere mox debellando parabat. Illi vero nulla interpoſita mora ad Romanoꝝ munitiones venerunt, in proximũ collem / eminentem, magna hominũ coacta iam multitudine / in Romanos, & in dextrũ latus iaculabant̃, ſagittasq; immittebant: ita vt ex improuiſa illorũ repentinaq; audacia vniuerſus ꝑturbaret̃ exercitus: multi tamen e caſtris in hoſtes prõptiſſime ferebant̃: ſed incompoſiti / & nullo ordine ꝓcedentes: nec tam diu morati vt in campi planiciem hoſtem pellicerent / ſed ver-

Theodorus Ro. exercitui aduerſus zãnos p̃ficit̃

Theodor, p̃tem zannoꝝ in fide ſeruat

Zanni. Ro. inuadunt

ſis in Barbaros clypeis/& ſupra caput elatis collis dorſum ſubire adnitebanť: tunc Zanni ex edito frequenti impulſu lapides prouoluendo, excutiendoq; tela facile hos reppulere/irruptioneq; facta ad homines quadraginta interfecerunt:& in fugã cęteros mox auertere: elati itaq; barbari pro re faciliter ex inſperato geſta, q̃ proxime a Romanoꝝ munitionibus copias applicarunt: ibiq; fortiter & diu bellatũ his in caſtra vt penetrarent nitentibus: & vniuerſos vt manu comprehenſos protinus inuolarent: illis vt indecorum ac turpius fore exiſtimantibus niſi eueſtigio hoſtes propulſent/vel hos funditus perdant. Sed vtriq; ſe inuicem compellendo, innitendoq; conſertis iam manibus: nihil prorſus pro animi magnitudine, memoria dignũ geſſere/ſed pari marte iam diu decertabať, ſtrepituq; multo: permiſto clamore omnia complebanť nec cuius partis victoria eſſet dignoſcebať. Theodorus vero Romanoꝝ pręfectus, vbi primũ hoſtiũ animaduertit rei bellicę imperitiã/quod iniquo loco/nec ſatis tuto pręliarenť, nec multis ex partibus caſtris inſiſterent, ſed vnum in locũ omnes iam inclinaſſent iuſſis qui circa ſe erant vt pro loco manerent & hoſtes in faciem oppugnarent: e ſuis q̃ maximã partem ex occulto Decumanaq; porta in barbaros decurſuros emittit: qui clam profecti vbi his in terga comparuerunt clamore ingenti ſimul ſublato: tubiſq; in bellum cientibus confeſtim eliſis, hoſtem turbarunt. Zanni itaq; tũc aliud nihil vel circumſpicere: vel ſibi conſultũ malle q̃ per ignauiã fugam capeſſere quos ſtatim fugientes inſectati Romani, prę formidine amentes iam redditos facillime obtruncabant: ex his igitur duo milia ceciderunt: qui reliqui fuerant: diuerſim palantes deferebanť. Theodorus itaq; vniuerſa gente in poteſtatem redacta: Imperatori quę geſta fuiſſent ſignificauit: ſciſcitantiq; quid de his fieri placeret/vt his tributa imponerenť iniunxit: annis ſingulis impoſterum perſoluenda: vt ex his intelligerent ſe ſubditos fore/& vectigales, & ſub iugum penitus miſſos: vnde recenſiti mox omnes deſcripti q; tributi penſione degrauabanť: & eo ex tempore ad hanc noſtrã ætatem Romanis hi vectigal pendunt. Iuſtinianũ Imperatorem ex omnibus rebus per ſuos egregie geſtis hæc maxime oblectarunt. Siquidem in lege quadam e ſuis & priuatis ex legibus quas nouellas nos dicimus cum alias recenſerent iam partas victorias:

Pugna zannorũ cũ Ro.

Theodori ſtrategema.

Fuga & cędes zannoꝝ.

Zanni. Ro. tributarij facti.

vel huius gentis præcipue meminit: hunc igitur habuit Zannorꝝ inſolentia exitum, & Theodorus ad Lazorꝝ ſe loca recepit. Pau-
Terręmotus bizantij. loante q; hæc gererent̃ iterato Bizantij vehementer adeo terra mo-
uit vt omnis fere collapſa ciuitas ſit: hunc terręmotũ & alter tantæ magnitudinis inſecutus quantę vt reor nunq; antehac fuerat: nimirum qui ſit ex æſtuantibus aquis ſalientisq; terræ pſeuerantia factus: & is ſane eo horridior videbat̃ quo & plæraq; periculoſius occurrebant: exierat nanq; Autumni iam tempus, & pronominibus ex Romana conſuetudine ſimpoſia peragebant̃: frigus tunc erat quale per id eſſe tempus decebat/ſolq; in occiduũ vergens in Egicornũ deferebat̃. Cum interea circa medię noctis cuſtodiã ciuibus altiore ſomno detentis/& iam quieſcentibus derepente id malum inuaſit: atq; adeo vt a fundamentis omnia quaterent̃: motus q; ipſe: & ſi a principio ſtatim violentiſſimus fuit: in maius tamen continenter excreuit: ita vt alio item atq; addito ad id incremento in immenſum euaderet; demũ itaq; omnibus excitatis eiulatus vndequaq; complorationesq; exaudiebant̃: & vox item illa quæ in eiuſmodi malis afferri ſponte ad deum ſolet: nam ſonitus quidã grauis, ferusq; perinde tonanti e terra ſtridor fragorq; remittebantur, remiſſiq; ventorꝝ turbines ſubſequebant̃, & terrorem ingeminabant pauentibus: ſiquidem terreſtres ſpiritus quidã fumoſa nebula neſcio quo pacto ſurſum verſus expulſus deſeuiebat, vt turbulentior & ſonorus/quo territi homines, & pauore correpti mente quadam torpidiore e domicilijs ſe prorueбant/tum publicæ anguſtioresq; viæ multitudine complebant̃, tanq; non domi deperituri ſi pereundum iam eſſet, nam frequentia & continuata, connexaq; inuicem eius vrbis ædificia ſunt/atq; adeo vt vix locũ ſub diuo ſitum apertumq; & omnino non adiacente ædificio altero vacuũ reperiat quiſpiam. Sed alioquin cum ad ſuperiora dirigerent oculos: & vtcunq; cœlum ſpectarent deumq; hoc pacto deprecarent̃ ſummitti timor animi omnis: & perturbatio deniq; ſenſim his videbat̃: & perinde leuiter cadente niue irrigabant̃/algore iam degrauati: haud tamen vel ita affecti tecta iterato ſubibant ne forte ſacras ædes iniſſent nonnulli: eodemq; prouoluti ex deo
Turbatio Bizantij ex terræmotu. opem depoſcerent. Videre tunc licuiſſet fœminarꝝ vim maximã, nec infimæ ſortis, ſed familiæ honoratiſſimæ cum viris ſimul de-

ferri/& turbæ intermiſceri/omnemq; ordinem & pudorem con-
fundi: nec cuiuſuis conditionis homines pr̨e formidine ſine vllo di
ſcrimine proculcari. Dominos pr̨eterea ſerui aſpernabant̄ nec di-
cto parebant: cum maiore quodā terrore victi ſe in templa recipe
rent: haud ſecus inferiores priuatiq; homines magiſtratus geren-
tibus ſine vllo honoris reſpectu permixti iam aderant: vt ex cōmu
ni omnibus incidente periculo vniuerſi exiſtimantibus ſe nō lon-
ge poſt perituros. Frequentiores ea ſunt nocte euerſæ domus: & Regium.
pr̨eſertim in regio vrbis arx regium eſt, ꝙ multa præterea, & incre
dibilia contigere. Nam alibi forte ſiue lapide tecta: ſiue ligno ædi
ficata: velut renunciata compage hiantia ab inuicem diuellebant̄/
ita vt æther inde aſtraq; nil ſecus ac ſub diuo conſpicerent̄: & mox
ſimul iterato in priſtinā compagem coibant: alibi vero column̨e e
ſuperiori domicilij loco firmius collocat̨e violentia exæſtuantis
motus depulſæ: & excutiebant̄: ſuperuect̨eq; proximas domos/
ad eas qųe longius aberāt/veluti funda emiſſæ euehebant̄: & fra
gore ingenti omnia conterebant. Alibi vero horribiliora accide-
rant: ſed alias ſæpe/& ſuperioribus temporibus facta: & vt impo
ſterum fiat neceſſe eſt/quo aduſq; terra hæc perſtet/& humanæ
naturæ peccata tunc tamen in maius omnia occurrerunt: nam & e Qui hoc ter-
turba magna vis hoīm & obſcuriorꝝ interijt: ex his vero qui Sena r̨emotu peri
torum numero eſſent aſcripti ſolus Anatolius perijt vir ſane con erint
ſularis dignitatis honoratiſſimus: ad quod accedebat ꝙ Imperato-
ris domus vt curam ſuſceperat, ſic & bonorꝝ eſſet procurationem
omniū nactus, is itaq; cum ſuo & conſueto lectulo conquieſce- Anatolius ſe
ret marmoris iuxta ſe fruſtrū in cubiculi ædificio fixum aſtabat: nator perijt
pulchre ac decenter elaboratū: qualia parietibus ſolent ad ornatū
& oſtentationem non ad neceſſitatem per eos affigi qui iſtiuſmo-
di ſuperuacaneis inhiant rebus & non admodū neceſſarijs orna-
mentis. Ea igitur ſaxi moles pr̨e terr̨e nimio motu diffracta, laxa-
taq; e pariete pulſa huic in caput concidit dormienti & plane con
triuit. Anatolius vero tanta mole oppreſſus: ad id modo ſuffecit
vt grauiter, ex cordeq; ingemiſcens, eodem tamen in lecto procum
beret moribundus hæc noctu: die autem comparente perq; liben-
ter ſe inuicem ciues contuebant̄: cum obuiam offerrent̄ amantiſſi
mi quiq; & familiariſſimi complorationeq; mutua cæter̨e ſe tur-

bæ inſinuãtes alternis q; ſinguli pro data redditaq; vltro ſalute/&
ſi ſui iam deſperantes voluptate afficiebant̃:interea vero dũ Ana-
tolius ad ſepulcrum effertur/e plæbe homines quidam vt fit,di-
ctitare/non iniuria eum hoc mortis genere fuiſſe affectũ: quippe
qui & iniuſtiſſimus fuerit:& q̃ multis multa ſubtraxerit,& faci-
le confirmare:deſcriptas illas per eum tabellas ſuppuniceas veſtes
hunc ſibi demũ exitum habuiſſe:quas ſub prętextu in Imperato-

Vulgi male dicta in Anatolium.

rem beniuolentię in domos fœliciũ frequenter congeſſerat:& hac
via omnia ſibi vendicaſſet, violaſſetq; impudentius ſimul & frege-
rit quę teſtamento mortui delegaſſent: abire in rem malã legibus
iuſſis quę liberos velint in paternę ſubſtantię hæreditatem ſucce-
dere iſtiuſmodi vulgus ſubmurmurando tanti caſus compertam
habere ſe cauſam opinabat̃: ipſe vero quod affirmem nil habeo:
cur illud acciderit: eſſet nimirũ is terræmotus vt peroptabilis ita

Calamitatẽ hanc nõ ſolũ malos afflixiſſe.

& laude dignus: ſi a probis ſecerneret improbos: & hos quidem
male deperderet illis vero vt bene vellet,& indulgeret/ſed conceda-
mus hũc iniuſtiorem fuiſſe:at erant & alij in vrbe q̃plures huius
ſimillimi/vel forte longe plurimũ nequiores: & alioquin hic de-
repente abreptus eſt:illi impunes manſere:nihil itaq; vel ſatis pate-
re,vel facile eſſe id cognitu dixerim: cur Anatolius ex omnibus
vnus ſic vita exceſſerit:ſiquidem Plato maximũ eos in modũ miſe-
ros eſſe & infœlices affirmat,qui vbi vitam peſſime duxerint pec-
catorum non ſtatim pœnas hi luant,ſiue mortis genere aliquo &
violento:ſiue vt aliaſcunq; excruciati:ſed hinc ita abſceſſerint quẽ-
admodũ ex ſtigmatibus affecta ſeruitia cõmiſſorũ facinorũ liuori-
bus maculati,neq; hi ſaltem vt repurgarent̃ id retulerint lucri.Qđ
ſi concedatur fœlicior longe futurus ipſe erat/qui tũc ſimul cum
cæteris morte afficeretur q̃ qui ſaluus euaſerit. Sed hac de re ſen-
tiat quiſq; vt lubet, ipſe vero priora illa & intermiſſa reſumpſerim
Tunc igitur,& deinceps dies q̃plurimos terra mouit breuior ta-
men nec qualis tunc primũ hic motus inuaſit / ſed validus alioq̃n
vt qui reliqua quę Bizantij eſſent concuteret, tum portenta,mox

Vana vaticinia.

quædã & prædictiones abſurdę in vulgus temere diuulgari/&
mundi hanc machinã prędicari q̃ concitatiſſime collapſurã:nebu-
lones pręterea quidam, & deceptores, veluti diuini quidam, & va-
tes ſponte ſua circumire, & ſibi viſa prędicere, terroresq; multis

incutere: quibus facile poterat vt antea territis perſuaderi. Hi itaq̧ ſiue in caſſum furere, & prauo exagitari dæmone ſe ſimularent: grauiſſima quædã paſſim iactabant & tanq̃ ex adnata ſibi prauorum dæmonũ ſpecie fuiſſent futura edocti deq̧ ſuis admodũ furijs iactarent. Alij præterea aſtrorum decurſus figuraſq̧ animo agitantes maiores calamitates: & perinde cõmunem rerum euerſionem fore ſignificabant: itaq̧ terrore omnes percellebant: & ſane ſolet hominũ iſtiuſmodi & e turba examen: grauioribus ſemper in rebus vt pauefacti renaſci quodãmodo, & immutari, ſed illorum vtrunq̧ id & recte mentitũ eſt vaticiniũ: erat nimirũ vt puto pernecessariũ impietatis reos hos fieri qui talia ſomniarent: & nullam deo relinquerent rerum cognitionem: eorũ tamen nemo qui affuiſſent ſibi non admodũ formidoloſus, terrore obſtupeſcebat. Vnde & ſupplicationes publicæ factæ, hymniq̧ ſupplices vniuerſis aſtantibus ad id vnum coactis exaudiebant / quinetiã quę verba tenus antea laudaſſent: ſed factis rarius confirmaſſent: tũc mira cum animi ꝓmptitudine exequebant: æquitatem prętere a vniuerſi in ſuis cõmercijs pręferebant: ita vt vel principes ciuitatis lucri cupiditate reiecta & lege cauſas iudicarent: tum alij item: & ſi potentes taciti ſecum quieſcere iuſtioraq̧ facere / & a turpiſſimis abſtinere, nonnulli vero immutato prorſus viuendi more ſolitariam potius vitam / & in montibus ducere maluerant relictis honoribus pecunijſq̧ & eiuſmodi cæteris quę ſuauiſſima dicũt mortales: vel forte in ſacras ædes, ſacroſq̧ viros collatis noctu ꝑterea primores vrbis publicas circumuecti vias abunde cibis, veſtituq̧ miſeros quoſq̧, & calamitoſos donabant / quorum plæriq̧ vt corpore mutilati in terram proiecti neceſſaria tunc forte emendicabant. Hæc ferme per tempus aliquod geſta, & q̃diu recens timor incubuit, poſtq̃ vero ſubleuari parumper diſcrimen eſt viſum: confeſtim ad priſtinã redire plæriq̧ conſuetudinem: dum em̃ neceſſitas vrget, & formido ingruerit / quę rectiora ſunt factu vtcũq̧, & leuiter deguſtamus. Tunc demũ de ventorum exhalationibus q̃ multa vltro citroq̧ diſceptari mox cæptum, & in conuentibus ipſis Stagirites quidam præcipuus habebat. Is nanq̧ cum de his plæraq̧ & affatim, ac rectius forte eloqueret: nunc terrę cauſas motus interpretabat: nunc quod in vero eſſet minime peruidebat

Supplicationes habitę.

Cauſæ terræ motus.

Arthmeſius mathematicus

Nonnulli vero, vt Stagiretis confirmaturi opinionem: quod ſpiritus denſior quidam & fumidus ſub terrę concauitatibus coarctatus hos faciat motus: propoſuere occepto ſermoni: quod Arthmeſius quidã fuerat emachinatus: cui Tralles ciuitas patria fuit: ars vero machinatori mutationes: qui linearem contemplatõem ad materiam traducendo: imitationes nonnullas: & perinde idola rerum exiſtentiũ operatur. Is itaq̃ machinationũ huiuſmodi peritiſſimus erat: ex mathematicę artis ſummũ haud ſecus peruenerat: ac eius germani frater Methrodorus grãmatice artem tenebat: ipſe vero beatiorem hanc dixerim matrem: quę varię diſciplinæ pleniſſimũ ſemen ediderit: hæc nanq̃ non ſolum hos genuit: ſed Olympium etiam qui ſe ad legum exercitationem / & fori iudicialis contulit diſciplinã. Poſt hunc Dioſcorꝝ Alexandrũq̃ / vtroſq̃ artis Medicę peritiſſimos. Quorum alter & Dioſcorus in patria ſuæ artis conſideratius opera edocendo vixit: alter vrbem antiquam honoratiſſime accitus incoluit. Arthmeſij tamen & Methrodori cum gloria quaq̃ diuagaret̃: ad ipſum demũ Imperatorem peruenit: vocati igitur vbi ſe Bizantiũ contulere: eodemq̃ omni vita peracta: maximũ in modum vtriq̃ ſpecimen prę ſe virtutis tuliſſent: celebritatem ſibi & gloriã compararunt. Cũ alter tam magnos iuuenũ cœtus & ſane nobiliũ erudiret & his ipſis pulcherrimam doctrinã impartiretur vt ad eloquentiæ ſtudiũ / deſideriũ vniuerſis iniecerit: alter vero vt in hac vrbe: ita & alijs multis in locis mira quædã & plane ingentia factitaret. Quę vtiq̃ & ſi ſilentio prætereant̃ / huic tamen q̃diu vixerit ad memorabilem ſunt gloriã ſuffectura: illud vero cuius ob gratiã huius viri cõmemini, mox explicabit̃. Erat Bizantij Zenon quidam & rhetor: alias tamen vt clarus / ita & Imperatori notiſſimus. Is Arthelmiũ q̃ proxime habitabat: ita vt vtriſq̃ iuncta eſſe domicilia viderent̃, ijſdem finibus & canali imo dimenſa: temporis haud longo poſt interuallo inter hos difficilis altercatio nata: ſiue alterius & mathematici ꝑſpicacia vt antehac inſueta: ſiue nouo ex ædificio quod nimis in altum proueheret̃: lumini contigue domus officeret: ſiue alia quauis de cauſa / vt ſæpe inter vicinos fit & proxime habitantes / lis neceſſario oritur: Arthmeſius cum ab aduerſario vt cauſas procurante / dicendi arte peruinceret̃ & minus poſſet illius eloquentiæ /

ſicubi verboꝝ vel vi vel ornatu obſiſtere, ſua ex arte hunc in mo=
dum illati mœroris vicem Zenoni reddidit. Domũ excelſam habe
bat Zenon & ampliorem, pulchramq; & curioſius ac vario qui=
dem ornatu extructam / in quã multos viſendi cœnandiq; cauſa
introducebat / & hos amiciſſimos: eius domus pars inferior quę=
dam / ad ſolum, Arthmeſij erat: ita vt inter mediũ ſolarium eſſet /
& deſuper tectum: in inferiori igitur parte / & ſua Arthmeſius / le=
betes magnos aqua plenos per domus ſpacia diuerſim diſpoſuit /
his e corio fiſtulas exteriori ex parte circumdedit: & latiores qui= *Machinamẽ tũ arthmeſij*
dem: vt totum lebetũ circulũ complecterẽt. Deinde in tubę ſpe=
ciem illas ſummiſit in altum: ita vt ex proportione ſua deſinerent:
extremaq; fortiter ad tigna & tabulas offirmauit defixitq;: ita vt
conceptus his aer libere per eam vacuitatem euaderet: ſolariumq;
pertingeret nudum. Et vt erat neceſſe intra fiſtulas ipſas circũfer=
retur: nec quoq; pacto efflueret. His itaq; ex occulto ſic conſtitu=
tis: ſub lebetum fundũ multũ ignis ſubiecit: ingentemq; excitat flã
mam. Tunc demũ aqua ſubſiliente exæſtuanteq;, vapor multus
elatus per fiſtulas in altum ſerpebat citus & denſior: cumq; nõ ha=
beret quo alio effunderẽt: per has reuolutus & anguſtia preſſus:
violentior ſurſum verſus impellebãt: ita vt cum ad ſolarium offen
diſſet iterato deorſum ſimili violentia deferrẽt: qua reciprocatõe
ſæpius facta: ſic domus tota concuſſa eſt & commota: vt ſenſim
hæc tremere & ligna ſtridere inciperent: qua ex re qui apud Zeno
nem forte tunc aderant: obturbati omnes & tam graui malo per=
territi: diuinã implorantes opem: & cum ingenti clamore ſe proti
nus in publicũ e domo proripuere: Vnde factum vt cum paulo=
poſt ad regiam ſe Zenon conferret: notos rogat, ecquid de terræ
motu recens facto ſentirent: numue eorum quiſq; extimuiſſet:
tum illis meliora vt diceret imperantibus: & reſpondentibus nec
factum eſſe nec fieri ſe cupere: eiq; inſuper ſuccenſentibus qui ta=
lia vt fugienda: ita & ſiniſtra perinde portenta narraret: nihil habe
bat quod ad hæc cogitare nedum reſpondere ſat poſſet: nimirum
qui nec ſibi ipſi diffidere poterat: & in his præcipue quę nuper cal
leret: fuiſſe omnino facta: & ſatis pudebat pertinacius & diu velle
cum tot viris iurgari: ita ſe incuſantibus. Hæc itaq; & pluribus re
petebant: qui ventoꝝ reflationes, inflatioresq; ſpiritus quatientis

terræ originem dicerent: Id ſedulo affirmantes: cum enim machi-nator ille eius terręmotus cauſam cognouiſſet: & ipſe ſimile quid-dam effecit, arte imitatus naturã. Mihi vero ſimilia veri iſta videnť vel vtcunq; elegantius adinuenta: non tamen eorum quę in vero fiebant certiora ſigna vel argumenta. Ne enim quia catelli minutu-li iſti & melitęi / vel leuiſſimo quodã inceſſu ſolaria quatiunt / eam rem huic quis ſimilem dixerit / vel hoc ſufficienti vtetur / is argumẽ-to. Sed illa quidem eius machinationis ludibria: nec vana omnino: nec inſuauia putanda ſunt. Materiæ autem defectus quęrendę ſi-mul decenter & cauſę ſunt: nec ſane id ſolũ Arthmeſius eſt in Ze-nonem machinatus: ſed huius præterea domũ fulgoribus ſimul & tonanti fragore repleuit: is ſiquidem lapideum orbem in ſpecu-li ſpeciem comparatũ / excauatũq; leniter ac ſolis oppoſitũ radijs / ſplendore complebat: moxq; in quos vellet inuertens: tantum his intorquebat fulgorem / vt oculorꝝ aciem hebetaret, & viſum pręs-ſtringeret. Excogitauit p̃terea organorꝝ quorundã attritões colli-ſionesq;: ex hisq; crepitus ſonoros quoſdã & violentos edebat: & plane tonantes: ac tanti fragoris vt ſenſus hominũ pauefaceret: at-q; adeo vt cum Zenon ipſe vix intelligeret: vndenã ea prodirent: ad Imperatoris pedes in conſpectu omniũ prouolutus: vicinum Arthmeſiũ improbitatis & iniuſticiæ incuſarit: & ea animi cogita-tione vt ira cõmotus ioculare quippiã eloquereť: & poetica quę-dam mox decantaret, aſtanteq; ſenatu perinde irridens proclami-tabat / haudquaq; ſe ſolum & hominem, poſſe aduerſus fulminan-tem Iouem, grauitonantemq;: ad hæc & terram ipſam concutien-tem, pugnare. Et ſane ſunt non inuenuſta: quę ea ex arte ludicra fiunt haud tamen talia vt ex his vel imitari naturam queas vel huic ea ſimillima reddere: ſed de his quiſq; pro arbitrio ſentiat, mihi ve-ro ad ea quę narrare iam cœperam redeundũ. Per eam itaq; hyes-mem in his malis ciuitas verſabatur: adeo vt ad plurimos dies ter-ra viſa ſit cõmoueri: & ſi minus concutereť. Inſederat id hominũ mentibus & ſuſpicio inerat: animi cogitatus obturbans. Impera-tor interea ædificia plæraq; quę vel putrentia, vel debilia eſſent: vel forte prolapſa inſtaurare adnitebatur. Sed curæ illi præcipue fuit dei maximũ illud & egregiũ templum / quod antea ipſe per po-pulum quondam incenſum / conſpicuũ & admirandũ iterato ex-truxerat: & vt priſtina magnitudine excellentius: ita & formę de-

Iuſtin. tem-plum inſtau-rat.

core, & metallorꝝ varietate ornarat, contexeratq;, cocto ex latere
calceq; / ferro plærisq; in locis constrictū & colligatū / ſine vllo ti-
gnorum vel ruderū vſu / ne decætero tam facile conflagraret. Arch-
meſius vero cuius nuper meminimus hoc templū machinabať &
extruebat: erat autem in eo pars quædā teſtudinis & intermedia
quidem quę cæteras ſuperaret ædificij partes / terræmotu excuſ-
ſa / quā Imperator longe firmius exædificari curauit: & machina
tores alij quidam formā prius inter ſe contemplati: & quemadmo
dum offenſa pars ad integrū reliquū ſe haberet: & quouſq; offen
ſio ipſa procederet: eam faſtigij portionem quę in orientem & he
ſperiam vergeret ſuo in ſtatu conſiſtere permiſerunt: quę vero ar-
cturi notiue e regione eſſet ſuper concameratū ædificiū ſtructa /
introrſus paululū porrexerunt / ſenſimq; ſic ampliarūt, vt cæteris
ædificijs plurimū conueniret: fatereť q; ſe inſpectātibus ob rotun
dum laterum & ęquabilem dimenſionem habere vt via hac poſ-
ſent vacui vaſtitatem illam in anguſtū cogere / puſillamq; oblongi
portōem ſubtrahere: quouſq; vndequaq; quadraret forma. His
ꝑinde ita ædificatis deſuper obfirmarunt qđ in medio extat, Siue
rotundū hemiſperiū fuerit ſiue vtcūq; murarij id nūcupent fabri.
Hunc itaq; in modū extructū eſt templū: rectius quidem & opti-
me circumactū & vndiq; quadrans: Anguſtius tamen & in acutū
porrectius / ac deniq; tale vt nō tantopere ſpectatores vt quondā
in ſui admirationem conuertat: ſed vt longe tutius ad omnes ſub-
ſultus euaſerit. Sed ſatis multa de hoc templo ſunt per nos explica
ta: quę vtiq; erant cōmemoranda: nam velle quę in ea ſunt admi-
ratione digna, verbis expromere, ſuperuacaneū fore apparet: nec
huius operis propriū: quod ſiquis forſitan velit qui procul hinc
abſit / haud ſecus ac ſi præſens contemplareť / apertius ea pernoſſe: Paulus florꝰ
legat Pauli Flori in exametris ſcripta: qui primatū apud Imperato
rem hoc tempore inter eius terræ præſides tenet: & ſicut generis
gloria decoratur / ita & a ſuis maioribus opes eſt ampliſſimas na-
ctus: ad quę tamen accedit / & eruditio & impenſa eloquentiæ,
opera, quibus maxime gloriať. Scripſit hic & alia plura poemata
memoratu & laude digna: quę vero de hoc templo perſcripſit la-
bore & arte referta eo magis videntur, quo & mirabiliorem con
ſtat eſſe materiā. Apud hunc nāq; quemuis optimū collocati tem

plꝰ comperturus es ordinem metallorūq; item naturas ſubtiliſſi-
me conquiſitas : veſtibulūq; ipſum decentius quidem & neceſſa-
rium: magnitudinem præterea altitudinesq; & figuras in rectum
productas; ac queuis alia ſiue circularia/ſiue pendentia/ſiue por-
rectiora: huius ex verſibus noſſe inſuper poteris ſanctius illud ſa
cellum argento auroq; conſtare: & in myſteria dumtaxat ſepoſi-
tum: p̄cioſiſſimis rebus & mira varietate ornatū : & ſiquid aliud
eo in templo fuerit cognitione dignū. Haud ſecius atq; hi noueris
qui crebris inambulationibus omnia ſpectando rimant̄. Eodem
anno vere iam ineunte derepente & iterato vrbem peſtilens mor-
bus inuaſit: & infinitā ſuſtulit multitudinem: haud tamen prorſus
ceſſauit: ex quo tunc primū anno Iuſtiniani imperij quinto irrepe-
re noſtrā hanc regionem occepit. Interea vero alio item atq; alio
diuerſim ea peſtis tranſgreſſa: Locis iam multis mutuo deuaſta-
tis: his qui reliqui Bizantij fuerant: ad breue quiete data, tanq̄ vt
reor, tunc ſtatim eludens/iterato eodem ſe contulit: rata vt arbi-
tror: citius inde ſe abſceſſiſſe q̄ decuit: interibant itaq; repentina
morte q̄ multi tanq̄ apoplixiæ graui morbo correpti: qui pluri-
mum reſiſtebant, ad quintū vix diem vita defungebant̄: morbi aūt
recentioris ſpecies erat priſtinę ſimilis. Febres ſiquidem ad ægritu-
dinem aliam intumeſcentem adiectę continue: non ad diem dura-
bant/nec mediocriter laſſabant: ſed ſolo eius intentu quem forte
cœpiſſent finiebant̄. Nonnulli vero nec febre preuenti, nec dolo-
re vllo affecti: ſecretū dum facerent vt domi ita & publicis in lo-
cis ſicubi id contigerat; procumbebant extemplo exanimes facti:
perinde mortem impromptu haberent. Omnis itaq; ætas paſſim
iam interibat/& pubeſcens precipue & florida/& in his mares q̄
maxime: nam fœminæ non admodū ſimili morbo afficiebantur.
Qui vetuſtiſſima igitur Ægyptiorꝫ dicta: qui vt iuxta Perſas &
ſupernorꝫ motus q̄ optime callent/temporꝫ quorundā reuolu-
tiones cum infinito mundo deferri affirmant: nunc proſperas fœ
licesq;: nunc aduerſas & plane infauſtas: eſſeq; præſentem perio-
dum: ſiniſtrorꝫ numero & peſſimorꝫ. Hinc nanq; vbiq; bella vide-
mus conflari: & omnia deniq; cōmiſceri, Quidam vero diuinam
iram exitij mortalibus eſſe cauſam dicunt, quę non immerito hu-
mani generis nequitias puniat: & hominū multitudinem mutilan

Peſtilentia Bizantij

Peſtis maxime in adoleſcentes craſſabatur.

do concidat: mihi vero vtranq; opinionem inquirere, & veriorem
decernere haudquaꝙ eſt hoc tempore adnitendũ: cũ id forte igno
rem: vel ſi forte ſatis intelligam: neceſſariũ tamen haudquaꝙ id vi
ſum pręſentibus: de quibus dicendũ eſt conuenire: Nam ſi breui
quę obtigere cõmemini: hoc ſolo hiſtorię legi eſt inſeruitũ. Super
his aũt ciuitati & alia plæraq; eodem tempore inciderunt tumul-
tuoſa & turbida: & nil minus ꝙ ea quę diximus permoleſta. Sed
qualia fuerint explicaturi mox ſumus: ſi prius & breuiter vetuſti-
ora quædã nos tranſegerimus. Hunni quondã circa lacum Meo *Hunni.*
tidem loca incoluere in arctuꝝ potius verſi, vt Barbaroꝝ & cæ-
terę nationes quę quod infra Imeum montem Aſiam inſident: hi
omnes & Scythę & Hunni vocitabantur: ſeorſum tamen & per
generationes: nam partim Cotrigori appellant̃, partim Vltizuri,
partim Burugũdi, partim alias vtcũq; patrium illis eſt gentibus &
conſuetũ denominari. Hi itaq; Hunni longo poſt tempore in Eu-
ropam ſubito traiecerunt: certo vti fert fama & in vero tunc pri-
mum his duce facto, ſint aliena quadam vſi fortuna & lacus aquę
quę in pontum Euxinũ deferunt̃: defectiores ſint his interea viſę:
vtcunq; tamen res ſe ipſa habuerit: vbi hi tranſmiſerunt diu per alie
na vagati: de improuiſo incurſione facta ingentem iacturam loco
rum incolis intulerunt: atq; adeo vt primis illis depulſis habitato-
ribus, eas ipſi ſedes tenuerint, in quibus erant nõ diu alioquin per
manſuri: ſed funditus, vt aiunt, perdendi. Sed Vltizuri Burgun-
diq; ad Leonis vſq; tempora Romanoꝝ imperatoris celebres ex-
titere, & robore pręſtare ſunt viſi. Nos vero huius ætatis homi-
nes, nullã iſtorum habemus cognitionem: nec habituri in poſteris
ſumus: ſiue quia prorſus obſoluere & nuſpiã ſunt: ſiue quia ſuis
exciti ſedibus, alio ſunt & ꝙ procul abducti. Eo itaq; anno quo
peſtilentiſſimũ morbũ Bizantium diximus inuaſiſſe, Hunnoꝝ re
liquię ſaluabant̃: erãtq; adhuc celebritate & nomine clari: Deſcen
dentes itaq; Hunni ad Notum ventum haud longe ab Hiſtri flu-
minis ripis pro eorũ arbitrio conſidebant. Tunc igitur hyeme iam
ineunte, huius fluminis aquæ, vt alias ſemper nimio præ algore
magnã in profunditatem concretę obſtrictęq; obduruerant: adeo
vt peruię tam viris eſſent ꝙ equis iam redditæ. Zabergan igitur *Zabergan*
Cotriguroꝝ Hunnoꝝ prefectus magna cum hominũ equorũq; *hunnoꝝ dux*
*Ro. fines in-*
*greditur.*

T

multitudine dum per conſtrictos fluminis vortices nil ſecus ac ter
ra iter haberet facillime in Romanę ditionis loca pertranſit nimi-
rum quę deſerta iam eſſent/& prodeunti ſibi nihil impedimento
fuiſſet. Quo factum eſt vt ꝗ primũ Mœſiam Scytiamq; tranſgreſ

Hunni in Thracia

ſus, in Traciam demum peruenerit: quo vbi eſt ventum/exercitus
partem in Græciam vt de improuiſo ſine cuſtodijs loca excurreret
& popularet̃ dimiſit. Et alias deinceps manus in CheroneſumTra
ciæ. Cheroneſi vero pars quædam quę in Eurum Notumq; ver-

Cheroneſi forma

git ad meridianũ vſq; centrum circa Eleſpontũ porrigitur: cuius
fretum Cheroneſum fereomnem circumfluit: inſinuatis littorum
flexibus in anguſtiorem vſq; continentis partem exin circumfert̃
quadraginta dumtaxat ſtadijs coercetur: ne Cheroneſum inſulam
faciat. In hoc igitur Iſthmo porrectior inædificatus eſt murus: in
vtrunq; mare productus. Interiorem in partem conſtitutę ſunt ci
uitates nonnullæ Afradiſias: Xeſtos tiberis: ab his ꝗ longiſſime vt
iuxta Iſthmum & ſinus littoreos ſita: & apud poetas celeberrima
Xeſtos ciuitas eſt: nec alia vt puto de cauſa, niſi ex illo herõ cœ-
tu, Leandriq; amore & morte: huic haud longe aliud quoddã ad
iacet caſtellum: perexiguũ quidem & inuenuſtũ: & nil penitus na-
ctum quod uiuet, Calipolis ita denominatũ: vicos tamen huic cir-
cumiectos, agri exornant: promontoria item & arborũ copioſa
varietas/aquarũq; fluxus/terra irrigua & plane fœcundior/&
ad neceſſaria omnia abunde admodũ ſuffectura. Tot itaq; Che-
roneſi caſtella tantamq; agrorum amplitudinem ita munitiones
circumplectunt̃ vt adiri per hoſtes haudquaq̃ facile queant. Zam
bergan igitur ſpe bona depaſtus id animo agitabat: vt ſi obiectum
hunc caperet murũ/& verſari in locis interioribus poſſet/vel ma-
re ſimul in poteſtatem ſe protinus redacturꝫ: ex eoq; ſomniabat
affuturam ſibi non paruam nauiũ copiam/quibus in Aſiam eſſet
per anguſtiſſimũ illud & intermediũ fretũ/ꝙ nec aſperis quidem
ſcinditur vndis, ſumma facilitate & mox traiecturus: Abidoq; ca

Hũni in cheroneſim

pta/& portorium ſimul decimariũ illud protinus ſublaturus. His
itaq; vanis conſilijs concitatus, in Cheroneſum tantum exercitus

Zaberga agros circa cõſtantinopolim populat̃

miſit, quantum ad id negocij ſatis fore exiſtimabat. Ipſe vero cum
equitũ milibus ſeptem recta ire Conſtantinopolim pergit: agros
depopulando, temptandoq; proxima quæq; caſtella: ita vt paſſim

omnia perturbaret. Sed eius in has partes profectionis cauſa fuit
Barbarica iniuſticia quædam & nimia habendi cupido: diſſimu-
lando tamen Cotriguroꝝ pretendebat & cauſabat̃ inimicitias. Si-
quidem Sandichlus quidam & Hunnus ſuę gentis pręfectus erat:
vt beniuolentiſſimus/ita & fœdere Romanis iunctus. Hunc ni-
mirum Romanus imperator colebat/beniuolentiaq; & honore
proſequebat̃: & multis ſimul muneribus condonabat: Cotrigori
igitur cum nihil huiuſmodi eſſent rerum participes facti/ſed om-
nino deſpicerent̃/& apertioribus afficerent̃ potius contumelijs:
Hunc comparandũ eſſe exercitũ cenſuerunt: vt & ipſi terrori cæte
ris eſſent, & ſibi perinde illatam iniuriam vindicarent: & digni iam
viderent̃: de quibus haberi ratio poſſet: cũ itaq; ꝓdeuntibus ijs ne-
mo obuiam iret: incurſiones libere factitabant, & agros depopu-
lati ingentem auerterent prædã magna vi captiuoꝝ coacta: quos
inter & fœminę q̃ multę vt nobiles/ita & continentiſſimę crude-
lius trahebant̃: quę vtiq; infœliciores eomaxime erant, quo & bar
barorum miniſtrare profuſæ libidini cogebant̃: quinetiã barbari
homines plæriſq; vel e ſacrario abductis vim inferebant: quę a
paruis iampridem nuptijs renunciaſſent & ſæculi voluptatibus ac
vitam vt degerent/in remoto aliquo domicilio reconderent̃/deo
ad ſupplicandum idoneo. Et id magnifacerent/vt ſemotę omnino
& liberę a quouis hominũ contubernio, q̃ procul abeſſent, qui-
etiq; ſe ſolum permitterent: erant preterea quę cum barbaroꝝ re
pudiarent concubitus: vel partui proxime: ſi quę forte iſtiuſmodi
eſſe tunc contigiſſet: ita diſtrahebant̃: vt ſi neceſſitas ipſa pariendi
ingrueret: in ipſo itinere in propatulo fœtum mox ederent: nec ve
recundos poſſent partus dolores obtegere: vel hos vrgentes ſigni-
ficare vnde vel editi plærunq; infantes canibus diſcerpendi: & aui
bus in ſolitudine relinquerent̃. Perinde iccirco eſſent in lucem pro
ducti: & fruſtra quod nati fuerant hi deguſtaſſent: rem ſane cala
mitoſam vt eo tandem res Romanoꝝ redactę iam eſſent: vt vel in
circumiectis regię vrbis locis a Barbaris: & ſi perpaucis quidem
mala hæc inferrentur: quibus tamen non eotenus audacia finie-
batur: ſed vrbem verſus ꝓgrediendo: ad longos quos nuncupant
muros, ſe facile contulerunt/& præſidijs quę infra hos eſſent ap
ꝓpinquabant/iam enim prę vetuſtate & negligentia maioris prę

Sandichlus Hunnus pręfectus Ro.

Crudelitas barbarorum

ſidij diſſolutum ceciderat ædificium: tum Barbari ipſi vel ſtan-
tes in partem aliquam muros haud ſecus ac ſua intrepide diſturba
bant: nec aliquid erat q̄ hos coerceret: cum nullū eodem eſſet mi-
litare præſidium collocatum: nec vlla ad defenſionem tormenta;
nec demum ſi forſitan affuiſſent qui ea tractare ſatis callerent: nō
canum latratus audiebatur: non hominum fremitus: & ſi non id
dictu ridiculum ſit tanq̄ porcorum in clauſtris Romani exercitus
interduſi manebant: tametſi vel eo numero eſſent, quo tunc primū
& veterum Imperatorꝝ tempore recenſebant: & non in minimā
partem redacti: haudquaq̄ ſint tamen Imperij magnitudini ſuffe
Exercitus. Ro.
cturi: nam cum ad quinq; & quadraginta milia ſexcentaq; bellico
ſiſſimorum virorum, vires omnes apud Romanos tunc temporis
cogerent, vix ad centum quinquaginta nunc milia rediguntur/quę
partim in Italia, partim in Lybia, partim in Hiſpania, partim apud
Quantū decreuerit potētia Romana.
Cholchos, partim Alexandrino in agro, & circa Theben Ægypti
erant. Pauculi prætereaquidam in oriente circa Perſarꝝ terminos
ſtationem habebant pro iunctis fœderibus & offirmatis induijs,
Non enim multis hiſce in locis opus erat. Sic itaq; ad perexiguam
partem redactę tot hominū copiæ ſunt & principū negligentia in
terſciſſę, Imperator nanq; vbi Italiam omnem in poteſtatem rede-
gerat & Lybiam cœpit, totq; & tam maxima confecit bella, pri-
musq; vt dixerim ita, Romanorꝝ omniū qui Bizantij imperiū te-
nuere, vt noīe ita & re ipſa liberę poteſtatis eſſe Imperator arguit:
& alia plæraq; in ipſa iuuenta & corporis robore geſſit, circa ipm
Iuſtiniani Imp. induſtria.
deniq; & poſtremū vitæ decurſum; iam enim ſenuerat, renuncial
ſe laborat, vt inter ſe hoſtes armis decernerent. Vnde & donis nō-
nullos mulcebat: vel ea arte vtcūq; poterat repellebat, vel forte ef-
ficiebat vt ſibi confiderent plurimū: vel ſuo ipſi diſcrimine bella ge
rerent: quo factū eſt vt exercitus ipſos & ſi deſidia & bellandi de
ſuetudine diuturna corruptos; perinde non in poſterꝝ neceſſarios
negligeret. Vnde vel eodem tpe capti qui ſecundū in principatu lo
cum tenerent, & exercitus regerent, a ſubditis vectigal exigendi cu-
ram ſuſceperant: ex eoq; exercitibus neceſſaria impartiri: partim
ſuperbius ſtipendium fraudare; partim tardius longeq; opus eſ-
ſet illud dependere; vel eo vtcunq; depenſo: computationem frau-
dulenter & turpiter exercere. Scribis inſtando vel perſoluta ſtipen

dia reuocando, impudentius agere, idq; præmij & dignitatis mi=
litibus ſoluere/criminationesq; alias item atq; alias & ſæpe infer=
re/cibariorum partem ſubtrahere: & haud ſecus acq; in aquarum
defluxu refluxuq;: neſcio quo pacto vel ſtipendij partem quã for
te agminibus dependiſſent: retro ad ſe vnde defluxerat, reuocarent
Hoc modo ars omnis belligerandi/vel acie decernendi negligeba=
tur; ita vt partim cibi oppreſſi carentia: certamina ipſa relinque=
rent, in quibus diutiſſime coaluiſſent: partim alio ſe conferrent, vt
ad vitam aliam tranſituri: vnde in ſcorta aurigasq; & homines e=
iuſmodi effœminatos ac delitijs deditos: ciuilesq; in ſeditiones dũ
taxat intentos & corporum curam/contentioſos furentes auda=
ces: & in alia demum minoris longe momenti, militare ſtipendium
aſſumebatur: quo factum eſt vt non ſolum Thracia/ſed vel pro=
xima regiæ vrbi loca, deſerta iam adeo eſſent, & ſine vllis cuſtodijs
derelicta, vt Barbaris peruia fierent, & ad incurſiones nimiũ opor
tuna: nam illi eo euaſerant inſolentiæ, vt vel ad Melantidem vicũ
caſtra poſuerint: quę a Bizantio ne centum quidem & quadragin
ta ſtadijs abeſt: quem vicum Athiras circumfluit amnis qui fer=
me exiguo progrediens ſpacio, in Auſtrum ventum ſenſim decli=
nans in Propontidem, fluxum eructat: ad cuius ripam ipſo in exi=
tu promontorium habet porrectius: cuius appellationem & flu=
men id retulit: hoſtibus itaq; tam proxime vrbem ſtationem ha=
bentibus: ciuium multitudo & timere tum primum & pauore per
celli: & imminentia mala non ſolum qualia eſſent ſed longe maio=
ra animo agitare, ſomniareq; obſidionem incendia: futurã q; ne=
ceſſariorũ carentiã/mœniũ diruptiones/itaq; in ciuitatem in pu=
blicas vias fugę ſubito multitudinis factę/impulſionesq; mutuę,
& pauores vt qdem prętrepidi ita & temerarij/perinde iam Bar=
bari in ſe impetum fecerint: in forumq; ex portarum violento im
pulſu crepitus ingens iam edebatur: atq; adeo vt non modo plæ=
bęios & obſcurę ſortis homines timor inuaderet: ſed magiſtra=
tus omnes & Imperator haud parui quę acciderant faceret. De=
honeſtabantur itaq; Imperatoris ipſius permiſſu ſacra omnia tem
pla extra vrbem locata: Europæq; e regione littoriq; adiacentia
loca: quę vtique a Blacernis, id loco nomen, initium ſumunt, & in
pontum vſq; Euxinum porrecta ſunt, & Boſphorum deſinunt.

Iactura di=
ſciplinę Mi=
litaris.

Hũni caſtra
ponunt non
longe a biſã
tio.

Biſantij Tu=
multuãtur p̃
pauore.

Ex his itaq; omnibus locis quę precioſiora eſſent oblationū cum
cætero apparatu his neceſſario, partim plauſtris deferentes intra
vrbem depoſuerunt: partim inuecta nauigijs: & intermedio traie-
cto freto in aduerſum littus in continentem mox deuehunt: videres

*Trepidatio omnium*

tunc ſacras nudatas ædes/ ſuo ſplendore ſic & ornatu priuatas:
perinde antea nunq; dicatas: nec religionis quicq; aut ſanctitatis
ſortitas; ſed vt nuper fundatas; adeo autem terribilia erant: & in-
gentia illa diſcrimina: & tantopere vt occurſura omnino animis
ipſis concepta; vt vel in ſyces mœnia/ chiſeamq; portam: primores
quidam pręfectiq; & armatorū vis magna inſederint/ hoſtes op-
pugnaturi/ ſi ſe forte inuaderent. Dum interea ciuitas omnis tu-

*Belliſſarius decrepitus mittitur in hoſtem*

multuando maximū in modum perturbaretur: & Barbari haudqua
q; proxima quęq; depopulari intermiſiſſent: Belliſſarius clariſſi-
mus olim pręfectus: & ſi prę ſenectute in curuitatem iam dedi-
naſſet mittitur tamen per Imperatorem in hoſtes eo armorū habi
tu circumactus, quibus a pueritia iam inſueuerat: vnde & rerum
per ſe quondam geſtarū recordatio ſuccurrebat: & ipſe quidem
de ſe mira animi promptitudine, iuuenis munera exequebatur: id nā
q; vltimum illi in vita certamen fuit: nec ſane minorem ex eo retu-

*Belliſſarij apparatus.*

lit gloriā: q; ex Vandalis olim Gotthiſq; deuictis. Siquidem ma-
lorum pręteritorū & futurorū iam deſperatio/ vt conatus hoſce
maiores fore ſuperbioreſq; arguebant: ita & victoriam perio-
cundam. Belliſſarius itaq; haud procul ab vrbe progreſſus ad
Chetumeſum, id loco nomen, poſitis caſtris ſummam præ ſe rei
militaris peritiam tulit: & maiora auſus eſt, q; eius canities ferret:
erat nimirū iam effetę ætatis, debilitateq; vti par erat: non medio
cri detinebatur: haud tamen adeo videbatur laboribus conceſſiſ-
ſe: nec alias vitæ percupidus: hunc viri trecenti vel eo amplius nu-
mero ſequebantur/ pręliandi omnes periti: & qui ſecum vna nōnul
lis certaminibus antea/ & ſtrenue inſudarant: cæteri turba erat in
ermis & plane inbellis/ & qui ſola inexperientia pro ſuauiſſimis
pericula ducerent: Quippe qui viſendi gratia potius q; rei gerendę
in expeditionem iuiſſent: his præſidio erat e proximis vicis agre-
ſtium copia qui per Barbaros deuaſtatis iam agris cū ſe quo alio
verterent nihil haberet: Ad Belliſſarium agmine facto ſe mox con
tulerunt: tum ille in tempore agreſti multitudine fretus patentiori

foſſa ſe ſuoſq; circumegit: & exploratores crebrius emittebat: ho
ſtium vires ſpectatum: ita vt quoad poterat fieri: vel illorum exer
citum recenſerent: ac demū referrent quę ex his percepiſſent. Hūc
ille in modum omnia ſecum verſando: ex ſententia exequebantur:
cum autem iam ſerum diei eſſet: & nox aduentaſſet: per campos
ignes paſſim incendi iuſſit: vbi hos hoſtes ſpectaſſent: maiorem eſ
ſe: exercitum crederent: cum hunc ex ignibus metirentur. Et ſane
ita eſſe ſibi iam Barbari perſuaſerant: vnde & formidine capti: ta=
citi conſidebāt. Haud tamen hiſce fallacijs: tanq̄; rei militaris prorſus ignari conquierunt: iam enim intellexerant Romanorum adeſſe

Belliſſarius exploratores mittit

perexiguas manus: & ſibi non bello pares, Belliſſarij tamen mili=
tes mira animi promptitudine tenebantur: hoſteſq; iam aſpernati
vel ſi infiniti in ſe impetum facerent proprię virtuti q̄; maxime cō
fidebant: vt qui & Romani eſſent: & in magnis periculis ſuas vi=
res periclitati: rei bellicæ ſtuduiſſent. Quorum virorū belliſſarius
cum vt animi magnitudinem: ita & iactantiam percepiſſet: & qđ
acrius longe q̄; oporteret inſtantibus periculis tam multum inſre
merent: veritus ne dum in ipſo vitæ diſcrimine verſarentur: & pe=

Romanorum ferocia

de collato cum hoſte manus conſererent: defecturi forſitan ſint:
vel in nimium ſpei euecti effuſe ſubirent: & pro arbitrio quo vel
lent ferrentur / cum faciles quidem & placidi rerum his viderent̄
euentus: & ne hæc euenirent cauendum ratus coacto mox in vnū
exercitu / vt iam imminente certamine progreſſus in mediū oratio
nem huiuſmodi habuit. Non egdem viri vt a timore ad confiden
tiam vos erecturus: quod fieri ante certamen initum ſolet huc ad
vos venio pro conſuetudine verba facturus / ſi quo forſitan mo=

Oratio Belliſſarij ad milites.

do Romanos milites ſemper bello verſatos / & qui ita vt dixerim /
magnarū gentium res publicas euerterunt / nūc vero aduerſus bar
baros bella geſturos / vagos hos quidem & Hunnos Cotriguros /
perinde formidinem ademturus cōmonefaciam: ſed cum in vo
bis vt animi ineſſe multū perſpexi / ita & audaciæ plurimū / & vl=
tra q̄; decet vos demū efferri. Non ſuperuacaneū fore exiſtimaui
veteris veſtræ modeſtiæ & vos meminiſſe: ſiquidem quod mo=
dum excedat vbiq; cauendum eſt ſapientibus: vel ſi in laude forte
id ſit conceſſurū: & eotenus his gloriandum qui pro rebus olim
egregie geſtis forſitan efferuntur: quoad credulitas ipſa & confi=

dentia: quę & ſpes eſt: poſſe vos ſemper ſimilia conſequi: ex animo propulſare prudentiam nequeant: vel ſe ad inſolentiam prorſus euehere: Enimuero qui ad id ꝓuecti dementię ſunt vt nec moderati quippiam audire nec penſi queant: profecto vel ad deum ipſum oppugnandũ ſunt euaſuri: Ad hæc illud conſiderandum quod ſi Barbari noſtris ſint viribus longe inferiores: ſed alioquin multitudine ſuperent: vel ſi id ꝙ vtrinq; abundat ſcrutando nos expenderimus in ęquum: id quo exceditur redigatur, neceſſariũ ſit: Cur non indecorum fuerit vos propinquo ex apparatu/ad id petulantię & incontinentię perueniſſe: vt nec tempus quidem nec ordinem, nec temerarios fortunæ caſus magni nunc faciatis: non enim reor corporis viribus potius ꝙ̃ recto iudicio, & prouida cogitatione poſſe hoſtes peruinci. Quo enim pacto & ipſe qui ad id ſenectutis peruenerim & belligerandi iam tempus exceſſi/in acie verſari nunc & periculis poſſem: niſi conſilijs vtcunq; probis confiderem: ſi igitur & ſenectutis infirmitatem, mens quidem validior, ac decentium rerum percupida fortiorem proculdubio reddit, ad eaq; excitat, & peragenda confirmat, prouidentia quadam ſupplendo ætatis defectus: quo modo non potius longe adiuuerit: ſi iuuenili huic veſtrę ætati & corporis robori ſit hęc affutura: nam minus proſperos rerum euentus: qui vel fortuna fiunt, vel manuũ debilitate atq; ignauia, tutior forte & prudens aliqua cogitatio: & quę coaptare ſe caſibus nouerit: in ea transferre quę expediant poterit: & ſiquid peccatum eſt confeſtim ſarcire: verum vbi mens labat & facile fallitur, ne ea quę in rem ſint internoſcat: ſi eorum quę inconſultius fiunt quicquid acciderit: vnde nam tibi deſumpſeris, quod ſit ſaluti futurum, & pręſens reuocare periculũ queat/ſi forte præcipuum illud quod hæc omnia pariat auertat: Sed ſubibit quempiã admiratio, nouum me quiddam cõmonefaciendi milites genus per id tempus adinueniſſe, cum longe prius erigenda in vobis confidentia eſſet & animi ꝓmptitudo. At contra: hæc quidem ipſe nunc ſubleuo, moneoq; & in dubios quoſdam cogitatus immitto & ſegnes moras, ac ſpem ambiguam facio: ſed alioquin id mihi periocundũ videť: & ad ſperandũ ꝙ̃ optime ducit: ſi cum huiuſcemodi viris in bellũ conceſſero/quibus ſi id queã perſuadere, vt ſibi audacię paululũ demant, ſatis eloquens videar,

Quare talẽ habeat orationem.

Velim autem certiores vos factos, haudquaq̃ fore validioribus viribus, quę prudentia careant optimos aſcribendos eſſe conatus: & pręclara facinora: ſed inconſultę potius audacię ac petulantię/ & bene conſtitutę conſuetudinis euerſioni: Animi itaq; promptitudo apud vos maneat velim, & maximum in modum vt floreat: ſi modo a mente caſtigata quadam & continenti, rebusq; decentioribus pendeat, & audacię quod nimium eſt, & in temeritatem vos ferat intercidatur. Non enim ſocordiam timoremue infert cogitatione verſare, quemadmodum præſentibus rebus vtendum ſit: ſed grauitatem & audentiam. Si enim vbi demum quę profutura ſunt innotuerint/ illud ſequetur omnino: vt iure audere om̃ia queas: tanq̃ non in ancipitem fortunam euectus: ſed veſtrũ quis dixerit haudquaq̃ poſſe generoſam naturam, quę non iniuria cõmouetur: & labori q̃ maxime optet continenter inſiſtere tam ſubito cogi/ violenterq; ad quietem & remiſſionem traduci: & vltra q̃ neceſſitas poſtulet, moras protrahere: vel tempori intermittere oportuna conſilia: pręſertim cum eadem ipſa natura ea moleſtius ferat/ quibus in nos barbari debacchantur/ qui omnia impudenter & agunt & vaſtant, ita vt vel ad regiam ipſam vrbem incurſiones audeant factitare. Sed habeant ita ſe iſta & experientia confirmentur, vt merito hoſtibus ſuccenſeatis, qui abuſi veſtra patientia ſint: Sed facile equidem fore ſapientibus duxerim animi iracundiã, & perturbationes frenare, continereq; in obuios quoſq; temerarios impetus, & ſalua dumtaxat vt dignitate, ita & animi magnitudine atq; conſtantia aduerſantibus quibus obſiſtere. Nam ex hiſce animi motibus, quicunq; rerum ſint delectum aliquem nacti, his fuerit enixius inhærendum, qui puri veriq; ac decentiores deniq; ſint. Qui vero ſeorſum & in contrarium euentum deuoluti feruntur, haudquaq̃ ſemper vtendũ eſt, niſi q̃ diu in cõmodum ceſſerint. Sapientiam igitur puriorem rem eſſe probamq; nec vlla ex parte adulteratam nemo non veſtrum fatebitur: ex iracundia vero quod ſtrenue fit, & quidem gloria dignum, nimia tamen audacia fugienda eſt/ nec prorſus conducit: quocirca ex ea ipſa quæ potiora ſunt deligendo, & in rebus bene gerendis intermiſcendo prudentiam. Imus ſic audacter in hoſtes vt re nulla & neceſſaria paruifacta id ſolum intelligamus, eſſe nobis aduerſus barbaros

decertandũ: qui ꝑdonũ quidem in morem excurſiones facere aſ-
ſueti: nec ſatis grauiter in acie decertare: vel in prælijs ipſis diutius
perdurare prorſus indocti: vbi primũ ſtatarium & ſe inuadentem
in aciem militem viderint: ac ſuo ordine ductum extra munitiones
& non infra mœnia ſe oppugnantem: profecto mox ſunt priſti-
nam eorum depoſituri conſuetudinem: cogent̃ vt ſe nobis immi-
ſceant: ac pede collato armis nobiſcũ decernant: neceſſitate ipſa ad
id inſtruente. Nobis vero modeſtia fretis, patrij ritus ex vſu ad
rem gerendam conſultius prodeuntibus experientia ipſa intelli-
gent diuturnã exercitationem & animi promptitudinem fore cuiq;
potiorem, q̃ repentini ſint/& inuiti conatus: vbi hæc Belliſſarius

Militum animi ad modeſtiam reuocati

perorauit: milites quę vſui forent iterato edocti: & ſi ſuo ex priſti
no corporis vigore e uiribus tenerent̃: plus tamen his modeſtiæ
inerat q̃ antea iactantię fuerat: & ſane his animis hiſdemq; inſtitu
tis plenos Lacedæmonios autumem (vt maiora minoribus com
parem) quos circa Leonidam fuiſſe ad Thermopylas ferunt Xer-
ſe iam ſe inuadente: ſed illi ad internitionem om̃es interiere. Hoc
ſolo ſtrenue ac probe feciſſe comperti: quod non turpiter & per
ignauiam mortem occubuere: quippe qui Perſaꝝ q̃ multos antea
occidiſſent. At Romani qui tunc ſub Belliſſario militabant, Laco
nica proculdubio vſi ſunt audacia: nam & hoſtes in fugam primo
congreſſu penitus auerterunt; magna illis illata clade, cum ab his
ipſi minime ſint vel moleſte vel magni momenti rei quippiã paſſi:

Pugna Ro.

Barbaroꝝ nanq; ad duum milium equitũ turma, cum tumultuo
ſius & ingenti cum vlulatu, aduerſus Romanos iam aduentaret/
& facile hoſtes ſe comprehenſuros rati/de ſubito eorum aduentu
Belliſſarius per ſpeculatores certior factus copias omnes his ob-
uiam ſuas extemplo educit/occultans quoad poterat fieri, ſuoꝝ
paucitatem, & delectis equitibus ducentis ſcutatis omnibus haſta
tisq; vtrinq; intra proximũ nemus in inſidias locat/qua hoſtes in
ſe facturos incurſionem exiſtimabat: Pręmonitos vt vbi iubendo
his ſignum dediſſet, exiſterent omnes, Barbaroꝝ phalangem ha-
ſtas in hos iaculando inuaderent/vt aliunde preſſi & ipſi reprime-
rent̃, quibus futura erat inutilis multitudo: cum in anguſto acies
extendi non poſſet ſed in ſeipſa conuolueret̃/tũ Belliſſarius agre-
ſtibus iuſſis, hoſtes aut altius inclamando, deterrendoq; iret conſe

querenť inter ſuos medius conſtitit/ vt ex apto hoſtiū excipēt im-
petus. Barbaris itaq; hoc pacto ꝓgredientibus in inſidiarꝫ loca
cū eorꝫ maxima pars perueniſſet, ſuis protinus his obuiam Bel-
liſſarius ipſe eductis/ vbi in conſpectum venit, impetu facto for-
tiſſime hoſtes inuaſit, ſubſecuti agreſtes/ & inbellis cætera multi-
tudo ex hominū varia colluuione conflata, cum ingenti clamore,
fuſtibusq; ad id ſecum delatis, quorꝫ ex mutua colliſione ſonoro
crepitu facto, bellantibus ſuis animos faciebant/ tunc demum da-
to inſidiatoribus ſigno: & hi ex inſidijs de improuiſo exiſtunt &
tranſuerſam induunt aciem. Itaq; vtrinq; feriunt Romani hoſtes
in medium actos, vlulatusq; plurimus, & ſtrepitus pariter maior
longe q̄ pro belli magnitudine factus: tunc Barbari cum vndiq;
iaculis ferirentur (id nanq; Belliſſarius ita fore præcogitarat) in ſe
ipſos adglomerati pedem iam referebāt/ & coanguſtati, compreſ-
ſiq; tueri ſe bellando minime poterant: ſiquidem nec ſagittandi lo-
cus ijs eſſet/ neq; obequitando liceret excurſiones crebrius facere/
nec cornua ipſa quoq; pacto extendere: nam orbe facto contine-
ri haud ſecus circulo videbantur/ ac magno eſſent exercitu circum
uenti porro qui a tergo iam incubuerant ingenti cum clamore/ &
crepitu his terrorem incuſſerant. Puluis præterea in ſublime elatus, Cædes Hū-
haudquaq; his permittebat eorum numerꝫ qui ſecum certarent ſa- norum.
tis noſſe, primus omnium Belliſſarius ipſe eorum quos obuios
habet q̄ multos obtruncat, depulſoſq; ſuo e latere hoſtes in fugā Belliſſarij
compellit: proinde alijs item, atq; alijs ſibi iam inſiſtentibus Barba- uirtus
ri terga vertunt, & incompoſiti palantesq; feruntur/ nullis poſt ſe
cuſtodijs poſitis, ſed vt cuiq; viſum fugam, capeſſunt. Romani
vero acie inſtructa hos inſectati carpendo/ poſtremos quoſq; qui
in manus offerebantur obtruncant/ cædes magna in Barbaros fa-
cta effuſe iam fugientes, nam & equis habenas prorſus laxaue-
rant. Ad hæc & flagella equos vrgentia accedebant: atq; adeo vt Fuga Hu-
curſu, & concitatione equorum celeritatem præuertere viderenť. norum
Defecerat præterea Barbaros præ timore ars illa q̄ exequi pro
eorum conſuetudine q̄ maxime ſolent/ vt fugiendo acrius longe
ſe inſectantes oppugnent/ dū ex equis in hoſtem mox verſi ſagit-
tas īmittunt quas vtiq; tūc violentius in quem deſtinarint infigūt:

quod ſane eo facilius fit quo illi in perſequentes recta & ex aduer ſo maximo impetu deferunt̃/& inſectatores ipſi effuſo curſu in arcus proruendo ſagittis ſe induunt/& vulnera acriora excipiunt dum his obuiam eunt. Tunctamen Hunnis arma iam omnia ob= torpuerant:& intractabilia videbant̃, nec attemptare quidem vl= lam repugnandi artem mens erat. Barbaroꝝ igitur quadringenti fere eo prelio cecidere, Romanoꝝ nemo deſideratus, pauci vul= nerati. Zambergan Hunnoꝝ prefectus vix tandem cum paucis a fuga ſe, & libens quidem in caſtra recepit:nam Romani equis ab inſectando militibus, maxima his cauſa ſolutis fuere: nimirum qui ſi paulo acrius inſtitiſſent occidione proculdubio hoſtes vt me tu perculſos interfecturi fuiſſent:ſed Barbari tam tumultuoſe, ac trepide ſe in munitiones receperant vt & cæteros qui his in cuſto diam relicti erant maxime obturbarint, ratos iamiam & ſe perditũ iri vlulatus, & barbaricus protenſior quidam exaudiebat̃:nam & deſectas cultris facies lacerabant comploratione more patrio fa= cta:tum & Romani cum Belliſſario ſua mox repetunt, rebus ſpe potioribus geſtis, & dignis quidem prefecti prudentia Barbari de mum ea iactura affecti, ſublatis extemplo e Melantiade caſtris re= trorſum qua venerant trepidi ferebant̃. Belliſſarius itaq; & ſi vti ars bellica popoſciſſet abeuntes iam Barbaros tergis inſectando/ & poſtremos vt metu perculſos carpendo, maiori cæde afficere potuiſſet/preſertim cum in fugæ modũ diſceſſionem feciſſent, ad

Belliſſarius in vrbem re uertitur.

vrbem ſe tamen cum victore exercitu non libens: ſed Imperatoris iuſſu recepit/quem populus vniuerſus ex fama rerum tam egre= gie & recens geſtarũ effuſus obuiam cum vrbem ineuntem ſpe= ctaſſent/diuerſim, & per conuentus laudibus efferebant vt qui ſa lutem his peperiſſet:ſed magiſtratus plæroſq;, & principes ciuita= tis ea pompa offendit inuidia & liuore captos, victjs vt fit, quæ

Inuidia potẽ tiorũ in bel= liſſarium.

potiora ſunt obtrectantibus. Belliſſariũ ſiquidem ſuperbię incuſa bant vt gloria elatum:& ſi iam defluentem populiq; fauore, & be niuolentia perinde maiora quædã ſperantem:quoꝝ de cauſa q̃= celerrime rediſſet:atq; adeo vt iuxta ſe non integrã retulerit glo= riam:nec pro deſudatis laboribus debitis ſit honoribus fretus:ſed defluxiſſe iam illi victorię pompas iactabant, vanaq; omnia reddi ta, & ſilentio preſſa. Et ſane hoc pacto maximoꝝ plerunq; ani=

morum vis hebetatur: cum nec honoribus hi extolluntur, nec di=gna factis recipiunt premia sic ferme res publicę pro ſapientum prędictionibus defectiores redduntur in quibus ea ſit & exercita conſuetudo vt nulli dignis deferantur honores/ſiue literarũ in di=ſciplinis pręſtiterint quidam/ſiue iſtiuſmodi oportunius aliquid vel pnecessariũ laudabiliter geſſerint. Hunni vero cũ inſectaturos ſe fore Romanos ſuſpicarent̃ tumultuoſiusq; longos quos nũcu pant muros iam exceſſiſſent vbi Belliſſariũ reuocatũ fuiſſe intelle xerunt, neq; alius quiſq; his inſultaret, lentius iter habebant. In=terea pars altera illa exercitus quę Cheroneſum obſidebat, crebrius iam facto in muros inſultu: admotisq; ſcalis, & machinationibus alijs quibus vrbes deleri ſolent q̃ ſæpiſſime a Romanis repelle=bantur: quibus germanus Orothei iunior admodum præerat/ & tunc primum pubeſcens: qui non minus peritia militari pręſtabat q̃ animi magnitudine: patria illi erat Illirica ciuitas Bederina vetu=ſto nomine dicta: deinde Iuſtiniana denominata. Iuſtinianus nãq; quia ibi primum editus in lucem fuiſſet mirifice eam ornauit / & ex obſcura prius nobilem poſtea fœlicemq; fecit: ac ſuum illi im partitus eſt nomen: Ea ex vrbe germanus cum originem duceret non iniuria miro quodam illius ſtudio tenebatur ex ea nanq; octa uum & decimum annum natus ad regiam vrbem ſe contulit, vbi perq; diligentiſſime cultus cum literatorum hominum diſciplinis ſedulo verſabatur, & ad literarios ludos cum ſæpius latinę etiam eruditionis partem conſecutus eſt aliquam: verum vbi ad pube=ſcentis ætatis finem peruenit/miſſus in Cheroneſum eſt, vt exerci tui, qui ibi tunc erat, præeſſet: & eodem iuuentutis acumen illud & animi promptitudo/appetitusq; glorię decentioribus rebus & neceſſarijs expleretur, nec ad temerarios motus vulgaresq; impetus q̃primũ vel diſcurreret, vel proſiliret, vel equorum coloribus di=ſtincta certamina in quibus iuuenes, ſi non alijs his ſe potioribus applicant, vt plurimũ exercentur facile humi ſerpant neceſſe eſt & obturbent̃, Ad Cheroneſum itaq; aſſidentibus Hunnis, & mole=ſtos ſe exhibentibus intercidere eorũ inſultus indeſinenter germa=nus, & in ſui defenſionem excogitare quaſcunq; poſſet in hoſtem inſidias erat nimirum de ſe & ſuapte natura ſic prudentiſſimus: vt quę in rem eſſent facile noſſet, & ſi alias ætate prouectioribus

Aliorũ Hunnorũ ad Cheroneſum ſucceſſus.

Orotheus p̃fectus Cheroneſi

quę facienda eſſent monentibus facillime obſequebatur: fidemq;
his adhibebat/qui antea multis laboribus diligentiq; cura hoſtium
certamina aduertiſſent, cum itaq; Barbaris nihil omnino relinque
retur quod exequi poſſent, nec vt decætero mœnia vel obſiderent
vel expugnarent. Deſtinant animis rem aliam vt audacem ita & ge
neroſam, & quę non minus ſe in diſcrimen deduceret pertentare/
eaq; via vel Cheroneſum protinus occupare, vel demum deſerere,
ac conquieſcere, ad ſuosq; ſe recipere lares. Harundinum longitu
dinis ęque ac craſſitudinis nõ mediocris vi magna coacta, hisq; in
uicem intertextis reſteq; & vimine colligatis cratibus ꝓinde complu
ribus factis, perticisq; oblongis, tanq̃ tranſtris ſuper iniectis me-
dia cratium extremaq; circumplexi hęc quę maioribus vinculis col
ligando/inuicem omnem eam materiam cõmittebant conſtrictã

Machinamẽta Hunnorum.

validius compreſſamq;, ita vt crates tres ad ſummũ ue quatuor
nauiculam vnam conficerent, latitudine ſatis ampla, quę homines
quaternos exciperet, & tanti fundi vt inuecta pondera firmiter &
tuto deueheret, ne ſui leuitate demergeret: iſtiuſmodi nauigia cen
tum & quinquaginta breui ſic fabricant vt ad nauigandum agili-
ores his eſſent: quorum formam ſic conſtruunt partem ipſam an-
teriorem in prorę ſpeciem leuius porrexere & recuruarunt: e lateri
bus vero vtrinq; remigationem machinati ſic ſunt vt agi faciliter
nauicula quæq; ſex palmulis poſſet. Hunc itaq; in modũ vt licuit
in tuto omnibus conſtitutis claſſem hanc omnem & harundineam
e regione heſperij littoris ex eoq; qui ſupra vrbem circumagitur ſi
nu, occulte immittunt. Hæc nauigia homines ſexcenti ingreſſi pa-
learum ingentem mox copiam in harundinum comiſſuras intru-
dunt & rudi remigio in altum a terra longius prouehuntur opti-
mis armis muniti ad operam nauandam inſtabant: hoc pacto ra-
ti mare retrorſus euectos/facile ſe ſinum adnauigando ſuperatu-
ros, qui in infimam muri partem porrigitur/& intrepide domũ
inituros ſe penitiſſima loca quę nullis eſſent munitionibus niſi fre
to Helleſpontico circumacta. Quibus de rebus per exploratores
certior factus germanus ſat callens, haud longius proceſſuram ha
rundineam claſſem hoſtium irridebat temeritatem: vel potius ea
oblectabatur/vtq; ſibi vſui fore ſperabat extemplo actuarias vi-
ginti multiplici remigio naues, & ipſas amphiproras, armatis cõ-

plet, clypeos & arcus geſtantibus, recuruasq́ꝫ lanceas remigibus
naucleriſq́ꝫ intromiſſis muri interiorem in angulum veluti in inſi=
dias ſic in recondito collocauit: vt haudquaq́ꝫ longius cõparerent.
Barbari autem anteriore, poſtremaq́ꝫ muri parte, & in littore pro
minente iam ſuperata, in interiora declinauerunt, ingentiq́ꝫ ani=
mo, & maiore audacia deferebantur cum ex improuiſo Roma= Irritant con
norum actuarię quas diximus naues comparuerunt, obuiam his ſilia Hunno=
venientes/vel aquarum ſecundo defluxu has adiuuãte/obiectiſq́ꝫ rum.
proris iam deſcendentes, violentius harundineas naues inuadunt/
quę primo ſtatim ictu immerſe ſupinateq́ꝫ exæſtuanteq́ꝫ ſalo ita
inuoluebant̃, vt in tuto nulla conſiſtendi ſupſtantibus poteſtas fi= Hunni mer=
eret: ſed partim in fluctibus p̄cipitatis demergerent̃: partim in na= gunt̃ in mari
uibus reſiderent: quid nam ſibi agendũ ſubdubij: partim vel ſtan=
tes quidem: & ſi nõ multũ intumeſcentibus fluctibus obturbant̃/
qui vtiq́ꝫ & ſi perexigui eſſent ad nauiũ lemborũq́ꝫ motum harun
dinibus tamen/vt vacuis ꝑfecto grauiſſimi: Nam & ſublimes fre
quenter euehebant̃/& incurſantibus ſubleuare gurgitibus refere=
bantur retrorſum, quo factum eſt vt ne temptatę quidem bellũ
Barbari poſſent/vt quibus curę quidem vel ſtudij nil aliud eſſet
q̃ꝫ vt conſiſtere pedibus poſſent & obfirmari: his itaq́ꝫ tantopere
obturbatis/& hæſitantibus Romani quocunq́ꝫ res poſceret agi=
biliter occurſando haud ſecus impulſionibus nitebant̃/ac ſi pede
collato dimicarent̃/hac arte q̃ꝫmultos mox ſupprimũt. Quippe qui Hunnorum
firmius in actuarijs nauibus inniterent̃/& plęroſq́ꝫ gladio ferien= cædes.
tes obtruncant: in Barbarorꝫ vero nauigia quę procul abeſſent/
neq́ꝫ ad ſe propius ꝓueniſſent, tela confeſtim immittunt/recurua=
tis pręfixa ſpiculis/quibus iunceas ꝑſcindendo reſtes diſſoluunt.
Tunc demũ laſſatis ab inuicem harundinibus/& diſperſim aquis
deſuper fluitantibus hinc inde ꝓpellebant̃. Hunni itaq́ꝫ vbi ſe iam
defeciſſet quo ſiſterent gradum e ueſtigio in profundũ demerge=
bant̃/vt mortem mox obituri inſueta potione ingurgitati, hoc pa=
cto ad internitionem ad vnum omnes deſperiere: nec quiſq́ꝫ eorũ
ſuperſtes incontinentem euaſit. Romanis vero lectis extemplo ho
ſtium ſpolijs quęcũq́ꝫ per aquas delabebant̃, ad ſua & priora loca
reductis ingenti cũ lætitia nauibus ſumma iocunditate & volu=
ptate animi incredibili ouantes ipſi & alacres vniuerſum exercitũ

impleuerunt:vnde in vnū coacti oēs vtendū eſſe tp̄is oportunita-
te rebant̃/ex re bene geſta vel impoſterum ꝓfutura. Itaq; paucis
poſt diebus armis ꝙ optime cōmuniti de improuiſo e muro in ho-
ſtes eruptõe facta reliquā inuadunt Barbaroꝝ ſe obſiſtentiū mul-
titudinem, adhuc ꝓ recenti accepta calamitate mœrentem & terri-
tam: & prior ipſe germanus vt qui pro iuuenili nimiū, ac pubeſcen-
ti ætate haud dū quiret naturę impetū coercere/ſed glorię cupidi-
tate effrę̄nataq; audacia plus longe euectus ꝙ prudentia in his ne-
ceſſaria & continentia poſtularet, intrepide hoſtibus inſiſtendo p̄-
liabat̃ nō periti p̄fecti in morem incumbendo, iubendoq;/ſed mi-
litis potius, acie in media verſabat̃: vnde & in femore ſagittę ſic i-
ctum excepit vt nō multū abſuerit quin curandū eſſet/vt a pugna
abſcederet: neceſſitas tamen incumbentium rerum/& magnitudo
ipſa incepti conatus dolorem vicit: ita vt non prius operam de ſe
nauando, hortandoq; ſuos deſierit, ꝙ ingentem iacturam hoſti-
bus intuliſſet/multoſq; obtruncaſſet. Vbi vero pugnę finis eſt fa-
ctus intra munitiones Romani ſe receperunt/nihil ignari/nec tu-
tum ſibi/nec recte conſultum fore ſi cum hoſtibus qui multitudi-
ne præſtitiſſent bella cominus gererent. Barbari vero, & naufra-
gio facto/& Romanorum in ſe eruptione excepta animo ancipiti
erant vtrum eadem die/& Cheroneſi campis excederent & ad Za
bergan pręfectum/& eius agmina vt ad deuictos iam victi ſeſta-
tim conferrent quandoquidem nec illi in Græciā prius immiſſime
moratu dignū quippiam effeciſſent/nec ſecum vna Iſthmū oppu-
gnatum veniſſent: nec a principio pertranſiſſent Thermopylas
ob impoſitum ei loco Romanorum præſidium: nam ea hi erant e
Græcia in Traciā pertranſituri/vt vbi ſe cum Tracibus coniunxiſ-
ſent: tutius ſe inde ad ſua omnes reciperent. Interea vero qui circa
Zabergan erant nō prius e Græcia ſe receſſuros iactabant, ꝙ quē-
admodum Trigurae nationes illę/& Barbaræ/& ipſi item ma-
gnam pecuniarum vim accepiſſent: & quos iure belli cæpiſſent ne-
ceſſarij quāprimum redimerent: alias enim obtruncaturos ſe hos
ad vnū omnes cōminabantur, Sed Imperator his tantū auri miſit,
quantū ad redimendos captiuos ſatis fore exiſtimabat: ac ea de cau-
ſa vt pacifici & ſine maleficio ſuis ex terris abſcederent. Barbari ve-
ro inter captiuos & Sergiū præfectū reſtituere quem pauloante

Romani reliquias Hūnorum inuadūt

Præfectus vulneratur

Reliquię hoſtium fugantur.

Imperator captiuos pecunia redimit.

vt aduerſa fortuna vſum cæpiſſent: ſed Barbari demũ accepta pe
cunia a præda vix abſtinendo vt domum iam abituri per Roma=
norum agrum iter habebant, receptis paulopoſt & alijs copijs e
Græcia ad ſe aduentantibus cæterum vrbis regiæ ciuibus conuen
ta per Imperatorem cum Barbaris facta, perinde ignominioſa &
plane ſeruilia videbant̃: nec plane exiſtimabant id quoq̃ pacto fe=
rendũ quod Barbari homines vbi tam proxime vrbem veniſſent/
vt deniq̃ illuſuri nõ ad internitionem fuiſſe deperditos: ſed poſt tot
illatas ſibi iacturas, vel aurum dono tuliſſe, tanq̃ priores ipſi affe
cti iniuria ſint. Imperatoris tamen ſententia alia quędam & longe
maiora conſpicabat̃, vt non longe poſt ex voto deniq̃ euaſura: ſi=
quidem qui prius ſe incuſaſſent ſic ciuibus perſuaſit: vt ſui pruden
tiam ſimul & ingenium mirarentur. Decreuerat nanq̃ quauis hic Imp̃. aſtus.
arte Barbaricas gentes inter ſe ipſas diſcordes efficere: & inteſtinis
ſeditionibus debellare vt autem quod animo agitarat mox eueni=
ret. Dum interea Zabergan pręfectus ſuo cum agmine iter lentius Imper. ep̃la
faceret: ad Sandilchum alterum Barbaroꝝ præfectũ, qui ſibi nõ ad ſãdichlũ.
ſolum eſſet & fœdere, & beniuolentia vinctus, ſed mercede con=
ductus in hanc ſententiam literas miſit. Si non te fugit quod nuper
Cotriguri aduerſus nos animo agitarunt, & volens quieſcis nõ in
iuria vt tuam perfidiã ita & nos ipſos magnopere miramur, qui
tuum erga nos animũ haud recte perſpeximus & noſtrũ de te iu=
dicium non fruſtra habuit: quod ſi nondum illud perdidiciſtis: &
ſi venia non indignus videbere, ipſum id tamen ſic pręte tuleris i=
gnoraſſe: ſi decætero haudquaq̃ neglexeris. Cotriguri huc ſe con
tulerunt/non ea mente, ac ſtudio, vt perinde fruſtra ſuſcepto itine=
re non noſtra depopulanda cenſerent, ſed re ipſa ſignificantes lon
ge nos falli qui potioribus p̃termiſſis tibi magis confidere malu=
erimus, non enim ferendũ eſſe id arbitrant̃, ſiquis Cotriguris pa=
res ſe dixerit, vel hos mediocriter anteire, ſed vix tamen laturi ſunt:
vel ſi maximo fateatur excellere hos interuallo: & ſane nõ antea va
gari per Thraciam deſiere, q̃ omne id auri quod tibi ſingulis an=
nis mercedis gratia elargiri ſoliti ſumus, ipſi mox tulerint: tametſi
nobis perq̃ facile fuerit funditus omnes ſi modo id libuiſſet de=
perdere, vel ſaltem vacuos ꝓpulſare. Sed id vtcunq̃ ommiſimus
tuę voluntatis facturi periculum, quod ſi in vero fortitudine, ac ſa

pientia vales, & te talem prꝗſtiteris, vt haudquaq̃ permittas vt tua
ſibi hi vendicent nil minus a nobis es impoſterum habiturus, nam
vt hoſtes nunc vlciſcaris oportunitas adeſt, & de his relata victo=
ria propriam vt mercedem recipias tanq̃ per Cotriguros iſtos de=
latam, ſin minus & tanta ab his affectus iniuria quieſcere malis ti
more vt puto perculſus & turpiſſimam in ſegnitiem labi tu qui=
dem o ſtrenue priuatus pręmio eris/ & illi per nos donabuntur: re
linque igitur ſi videtur ſuperbiam, & diſce potioribus ſubigi. Non
enim ignoras fœdera nobis eſſe ad hos transferenda/ quę antehac

Sandichli ira

tecum, tuaq̃ cum gente coniunxeramus. Stultũ quippe & ſuper=
uacaneũ fuerit cum victis ſentire vbi conciliari victores poſſunt,
His Sandichlus literis per interpretem recitatis rem grauiter tulit/
& plane furebat, frenareq̃ iram vix poterat / ſed eadem mox die
a Cotrigoris quod in ſe adeo inſaniſſent pœnas exacturus proceſ
ſit. Quo enim pacto non ipſis ex literis perturbaretur ingenio bar
barus, & de ſe inſolens, ac lucri indeſinenter percupidus ſuo is igit
moto exercitu primum quidem de improuiſo hoſtium loca inua
dit/ & re ſubita qui in his reſides fuerant perterrefactis fœminarũ
vim magnam, & puerorum captiuam abduxit, deinde Cotriguris

Hunni aſtu. Impera. mu=tuo ſe confi=ciunt

e Thracia redeuntibus, & pauloante Iſtrum flumen tranſgreſſis
ex inſperato ſe obuiam offert, multisq̃ cęſis pecunias ſimul quas
ab Imperatore acceperant/ & cæteram prædam his adimit, qui ve
ro ex his euaſere cum ad ſuos ſe vix recepiſſent: cum alijs coeun=
do/ & exercitu comparato aduerſus hoſtes in aciem prodeunt: vn
de factum vt eo ex tempore in inuicem verſi validius confirmatis
inimicitijs nunc quidem inſultus, mutuo facerent: nunc agerent:
prædas: nunc tamdiu acie decertarent quouſq̃ vtrinq̃ ſolutis de
bilitatisq̃ viribus ſic ſuis prorſus exciti/ ſedibus ſint, vt vel patrium
illud, & vnicum cognomentũ amiſerint: & eo eſt calamitatis Hun
norum gens omnis redacta, vt vel eorum pars aliqua & diſperſa
alijs in ſeruitutem conceſſerint/ vt & in dominorũ nomen ſuum

Hunnorum gentis exitus

deniq̃ commutarint tantopere præteritę impietatis & ſcelerum
pœnæ hos affecere. Sed vtriuſq̃ gentis impoſterum ſubſecuta in=
ternitio eſt: atq̃ adeo vt generationem hi prorſus amiſerint, Bar=
barorum itaq̃ adhuc gliſcente ſeditione Bizantij renunciata fa=
teri, tunc omnes & apertiſſime peruidere, per Imperatorem fuiſſe

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

QVINTVS

prouiſum q̄ optime & perq̄ bene conſultum quandoquidem ſe inuicem deperdentibus Barbaris ſine vllo armorū motu in vtrunq̄ belli aduentum ſua ipſe ſpe fretus potitus victoria ſit nimirum cum quotidie Barbari laboribus inſudantes & domeſticis malis intenti haudquaq̄ decætero aduerſus Romanos ire animo agitabant: Nunc vero vbi nam gentium ſint pleriſq̄ incognitū eſt.

Auguſtæ Vindelicorum in officina Sigiſmundi Grim̄ Medicinæ doctoris, atq̄ Marci Vuirſung, Anno a partu virgineo. M.D. XIX. Die. xx. Menſ. Septemb.

Augustae Vindelic. 1518 (-19: Grimm & Wirsung)

Landesbibliothek
Karlsruhe

V

restauriert Febr. 78, Kr.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg